Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-231602-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-231602-p0002-3

DISSERTATIO JURIS PUBLICI

DE

# SUMMO MILITIÆ IMPERIALIS PRÆFECTO,

von

deß H. Röm. Reichs Feld-Herrn /

quam

DEO DUCE

PRÆSIDE

JACOBO DAVIDE MOEGLINGIO,

U. J. D. & PROFESSORE EXTRAORD.

*ad diem Aprilis MDCCIX.*

Horis Locoq; conſuetis

Exercitii gratiâ publicè defendet

JOH. JACOBUS HELFFRICH, Göppingenſis.

---

*TUBINGÆ,*

Literis JOHANN-CUNRADI REISI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-231602-p0003-9

Inclutæ
In Illuſtriſſimâ hac Eberhardina
Anteceſſorum Bigæ,

# VIRIS

*MAGNIFICIS, PRÆNOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS,*

**DN. JOH. ANDREÆ FROMMANNO, JCTO**
CONSUMMATISSIMO, DOCTORI JURIUM PUBLICO CELEBRATISSIMO, SERENISSIMIQUE WIRTEMBERGIÆ DUCIS CONSILIARIO, ET LEGATO AD CONVENTUS CIRCULI SUEVICI SPLENDIDISSIMO, UT ET DECANO FACULTATIS JURIDICÆ p.t. SPECTATISSIMO.

*NEC NON*

**DN. MICHAELI GRASSO, JCTO**
UNDIQUAQUE FAMIGERATISSIMO, PROFESSORI COD. NOV. ET CRIMINAL. SANCT. PUBLICO MERITISSIMO, ET SERENISSIMI WURTEMBERGIÆ DUCIS CONSILIARIO GRAVISSIMO.

*PRÆCEPTORIBUS, PROMOTORIBUS ATQUE PATRONIS SUIS*
*omnem ætatem multisque nominibus Colendiſsimis,*

Præſens Exercitium Academicum
In perennem Obſequii teſſeram,
Ulteriorem ſtudiorum ſuorum Commendationem,
Et ſpem perpetui patrocinii dulciſſimam,
Sacrum vult

*Obſequioſiſſimus* Cultor
Reſpondens.

# PRÆFATIO.

Cùm, ut eſt apud Tullium *lib. II. d. Orat.* ejectus Carthagine Hannibal ad Antiochum veniſſet exul, & invitatus eſſet ab hoſpitibus ſuis, ut Phormionem, Peripateticum audiret, ſi vellet, cûmque ſe non nolle dixiſſet, locutus etiam dicitur homo copioſus aliquot horas de Imperatoris officio & omni re militari: Tùm exteri, qui illum audierant, cùm vehementer eſſent delectati, quærebant ab Annibale: quidnam Ipſe de illô Philoſophô judicaret? Tùm Pœnus non optimè græcè, ſed tamen liberè reſpondiſſe fertur: *Multos ſe deliros ſenes vidiſſe, ſed qui magis quàm Phormio deliraret, vidiſſe neminem.* Nec id fortaſſis injuria! quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Hannibali, qui tot annos de Imperio cum Pompejô Romanô, omnium gentium victore, certâſſet, Græcum hominem, qui nunquam hoſtem, nunquam caſtra vidiſſet, nunquam denique minimam publici muneris partem attigiſſet, præcepta de Re Militari dare? Ac poſſet etiam mihi in umbrâ vitæ Academicæ degenti, de Summi Militiæ Imperialis Præfecti officiô diſſerenti, hujusmodi quoddam objectari. *Bella enim*, uti ſcitè in hanc rem loquitur integerrimus Politicorum Chriſt. Forſtnerus *in Not. Polit. ad C. Tacit. lib. II. Annal. verb. Tractare præliorum vias &c. p. m. 251. in fin. ſeqq. armis & Ducum conſilió geruntur, pugnando in acie, non figuris, quæ ab hominibus rei bellicæ imperitis in chartis notantur, aut virgâ in pulvere deſcribuntur; Acies ſchola eſt, exercitus diſcipuli, arma pennæ, quæ tinctæ hoſtili ſan-*



guine

*guine hiſtorias ſcribunt in carne: Unde neceſſe eſt, revolvere ſic geſta in bello, non in Muſæo. Nicolaus Machiavellus etſi de Re Militari ſatis benè ſcripſiſſe videtur, tamen petente Urbini Duce, nullam earum quas docuit aciem ordinare ſuſtinuit.* Hæc Ille! Verùmenimverò mihi non illud conſilium eſt, artes Imperatorias atque Rerum militarium judicium, & cenſuram proprii ingenii fiduciâ cum Phormione ſumere, (de his enim prudentius Scipiones, Marios, Cæſares, Mauritios, aliosque claros bello Heroas præcipere cum Lampadio *de Republ. part. III. Cap. 19. §. 23.* lubenter agnoſco,) ſed quoniam eorum, qui juri operam dant, officio tàm non repugnat, de Re Militari agere, ut nullis id magis quàm Jurisperitis videatur convenire judiciô G. Obrechti *in Epiſtolâ Dedicat. Diſſert. de Diſciplinâ Militar.* add. Adam Keller *d. Offic. Juridico-Polit. lib. II. cap. 31.* falcem in alienam meſſem miſiſſe, aut altius quid arrogaſſe, vel denique à præſentis temporis bellici conditione alienum quid haud propoſuiſſe exiſtimavi, ſi Summi Belli Imperialis Ducis munus è Receſſuum aliarumque Imperii R. G. Sanctionum Pragmaticarum ore, in Muſarum caſtris togatô ſtylô adumbrare, & in eruendis illuſtrandisque inſtitutis atque LLbus German. militaribus diligentiam intendere, ac ſpecimen Academicum edere audeam: In quô prælucentem Illuſtr. Stryckium binis *de Militiâ Imperiali & Circulari* Diſſertationibus habuiſſe fateor, quantumque Viri Celeberrimi meditationibus debeam, ſuis ubiq; locis indicavi: Cæterùm ulterius indagandi ſtudium iſta in me accenderunt, & ſpecialis de Duce Summô tractatio eorum, quæ Vir Illuſtris, totius Rei militaris in Imperiô ſummam exhibens, ſummô ſaltem digito tetigit, pleniorem diſcuſſionem ſuo quaſi jure popoſcit. Et licet hocce inſtitutum temeritatis notam ob id potiſſimum incurrere poſſet, quod Juvenis Ego, vix liminibus Jurisprudentiæ ſalutatis, in publicô comparere, & ea, quæ in Rerumpublicarum Conci-

liis Germaniæque noſtræ Comitiis pertractantur, in Diſſertationis argumentum ſeligere ſuſtineam; Attamen meos & in hac re conatûs ſtudiorumque primitias æquum Lectorem non penitùs damnaturum, neque ſi quid præter Ipſius mentem dictum ſcriptumve in hâc tractatione deprehendet, obelô ſtatim confoſſurum confido. Et ſi vel maximè omnium deſideriis non ſatisfecero, nemo tamen illuſtri huic argumento manum admoviſſe, facilè vitio mihi vertet. Quò felicioribus autem votis ſatisq; hoc procedat propoſitum, Cœleſtis Militiæ Ductoris, DEI Exercituum, auxiliares manus ſubmiſsè imploro calidisque veneror ſuſpiriis.

## CAPUT PRIMUM.

## *Vocum explicationem ſiſtens.*

Summaria.

*§. 1. Quotupliciter vox Summi accipiatur?*

*§. 2. De voce Militiæ, & variis militiæ generibus.*

*§. 3. Quid voce Imperialis indigitetur?*

*§ 4. Unde vocabulum Præfecti deſcendat & de variis Præfectis.*

*§. 5. Quo titulo Germani Summum Militiæ Imperialis Præfectum hucusque inſigniverint? & de voce* Feld-Herr.

*§. 6. Synonima.*

*§. 7. Definitio.*

§. I.

UT itaque aptâ vocum, quæ in Inſcriptione occurrunt, enucleatione viam ad ipſam rei principalis tractationem tantò felicius ſuſcipiendam ſternamus, primò quid voce Summi indigitetur, enodandum venit: *Summum* in genere ſumitur pro præcipuô, potiore, ultimôque cujusque rei gradu, ultra quod progresſus non datur, & quo nullum eſt ſuperius: Spiegel *Lexic. Jur. voce Summum:* atque de variis prædicari aſſolet: Ita I. aliquando *juri* attribuitur, & jus exindè Summum dicitur: idque vel *propriè*, vel *impropriè*; *illô ſenſu* iterum bifariam accipitur, *vel* pro LLbus in Republicâ generaliter ſine aliquâ circumſtantiarum futuri facti conſideratione latis, jus in theſi alias

 dictum,

dictum, in quo ſenſu omne jus ſummum dici poteſt; *vel* pro jure ſtrictô, inflexili, ob ſingulares facti circumſtantias prædurô, apices LLum & merum rigorem ſpirante, in ſe tamen haud iniquô; *impropriè* autem jus ſummum dicitur illud, quod interpretatione ſophiſticâ trahitur ad ſpecies factorum inconvenientes, quo ſenſu Cicer. *Offic. I. jus ſummum ſummam injuriam* tritum ſermone proverbium eſſe, & Terent. *ſummum jus ſummam ſæpè malitiam*, veteresque *ſummam crucem* putaſſe Columell. *lib.* 1. teſtatur: huic opponitur æquitas. Calvin. *Lexic. Jur. voce jus ſtrictum, & ſummum jus*, Jung. B. D. Frommann. *Diſſ. d. Normâ Arbitr. Judic. θ.* 52. *ſeq.* II. cum voce Supplicii conjungitur in *l.* 38. *§. qui abortionis.* 5. *ff. d. pœn. l. ult. d. ſepulch. violat.* Summumque ſupplicium illa pœna dicitur, quæ vitam homini auffert & mortem irrogat: quia ultra hanc regulariter pœnæ non progredi, ſed cum hac terminari ſolent: III. Summum dicitur in ordine Parentium, & Imperantium, quatenus hisce facultatem quandam moralem & jus in illos tribuit, quæ unô verbo majeſtas dicitur, & hæc poteſtas *poſitivè* Summa. i. e. cui omnes aliæ poteſtates humanæ ſubordinatæ ſint, nec datur, nec ob imbecillitatem generis noſtri dari poteſt, poſt Conring. monente Celeberrimô D. D. Schwedero, Patrono & Præceptore noſtro Venerando; *Intr. ad J P. part Gen. cap.* 2. *n.* 19. ſed ad Civitatem, in quâ exiſtit, reſtringenda. Summa dicitur eò quod reliqua ejus ſocietatis membra, & dignitate, & poteſtate ſupereminet: vid. Puſendorff. *d. J. N. & G. lib.* 7. *cap.* 6. *§.* 7. atque in tam excelſo gradu poſita eſt, ut à nullo ſuperari poſſit, qualem Summitatem, ſive ſummum Imperium Civile aut Majeſtatem, in quavis perfectâ Civitate deprehendere licet: Talisque dicitur *negativè*, quia ab omni ſuperiore poteſtate humanâ libera, & independens eſt: Alberic. Gentil. *in Regal. diſp.* 1. Henning. Arniſæ. *Doctr. Polit. cap.* 11. ſive uti in hanc rem loquitur Lampad. *de Republ. R. G. p.* 1. *n.* 62. *à nullâ aliâ ratione dependentiæ, & cauſalitatis patitur*, prima exinde ſumma, ac majeſtatica dicta, atque clarius exertiusque nonnihil eandem H. Grot. *d. J. B. & P. lib.* 1. *cap.* 3. *§.* 7. ſignans, Summam dicit Poteſtatem Civilem, *cujus actus alterius juri non ſubſunt, ita ut alterius voluntatis humanæ arbitriô irriti poſſint reddi:* quam per *Puiſſance Souveraine* aptô vocabulo in Gallicâ ſuâ verſione Grotii effert Antoin de Courtin: hucque pertinet illud Livii *lib.* 31. *quibus*, inquientis, *Populus Romanus hunc honorem habebat, ut Reges ſociique & amici vocarentur, ut Dejotaro Syphacis filio illi poteſtatem ſuam* (ſummam ſcil. & independentem) *jam perdiderant, niſi quantum beneficio populi Rom.* requi-

*requirebant:* Et hanc eminentiam non tantùm dignitatis, ſed etiam poteſtatis civilis & politicæ, majeſtatem nimirum Imperatori noſtro ſoli in Republ. R. G. nimis liberaliter illi, qui formam Imperii pro monarchicâ venditant, aſſertum eunt, quorum rationes tamen dilui poſſunt ex traditis Conring. *Diſſ. de Capitulat. θ. 52.* D. D. Schweder *d. tr. l. c. in fin.* Atque ut hoc, quod modo explicavimus, Summum tale eſt *abſolutè*, ita huic ſubordinatur atque ab hoc differt illud quod *rèſpectivè* Summum, & qui hoc pollet, Summus dicitur intuitu & in ordine ad inferiores in certâ claſſe, ſocietate, ordine & officio, licet ἀυτοκρατὴς καὶ ἀνυπεύθυνος non ſit, ſed ab illis, à quibus ſummam, verùm ad certum objectum reſtrictam poteſtatem accepit, in quantum accepit, planè dependeat, & quoties cum his comparatur, Summi prædicatum haud admittat: Obrecht. *Diſſ. de Unitat. Reipublicæ R. G. cap. 1. θ. 4.* Strauch. *Inſtit. J. P. tit. 14. §. 1. ſeq.* quâ cum cautelâ exaudiendum, quando paſſim in Sanctionibus Pragmaticis S. R. I. Electores Summi Officiales Imperii Crüger. *d. Novemvirat. part. ſpecial. memb. 1. diſc. 1. §. 1. ſeq.* D. D. Schweder *Diſſ. d. Privilegg. Perſonar. Illuſtr. Sect. 2. cap. 1. θ. 12.* aliique Principes Imp. reſpectu ſublimis illius Juris Territorii ſive Superioritatis Territorialis & ſibi ſubjectorum Summi Principes: Souveraine Reichs-Fürſten aliquando ſalutantur: vid. Ming. *d. Superiorit. Territor. cap. 1. n. 5.* cumprimis Illuſt. Kulpis *d. Legation. Stat. Imp. cap. 6. §. 5.* ubi quo-modo hæc phraſis tolerari poſſit, diſquirit: addat. *Ejusd. tr. cap. 4. §. 14.* Itter *d. feud. Imp. cap. 19. §. 6. ſeqq.* Et in hac poſteriore reſtrictâ ſignificatione noſtrum militiæ Præfectum quoque ſummum dicimus, qui cum ſummô Imperiô præfectus quidem eſt exercitui, ſed eapropter ſummam in totâ Republicâ non conſequitur poteſtatem.

§. II.

Militia *propriè* rem militarem denotat, per metaphoram verò & *impropriè* ad varia trahitur, omneque exercitium, munus & officium complectitur. Unde dividitur in Armatam, & Togatam, aliàs Palatinam, Literatam, inermem & Urbanam dictam *l. 1. C. in quibus cauſſ. militant. l. 2. C. ubi quis de curia vel cohort.* Petrin. Bellus *de Re militar. part. 1. tit. 10.* Anton. Borrinius *d. Cavalcatâ & Servit. Vaſallor. part. 4. cap. 1. §. 3.* Mager à Schönb. *d. Advoc. Armat. cap. 4. n. 320. ſeqq.* Rich. Zouchæ. *d. Jur. milit. part. 2. per tot.* ubi militiam in armatam & Civilem dividit: Joh. Gryphiand. *Oeconom. Legal. lib. 1. cap. 15. & 16.* Illâ belli reique militaris ordo ſignificatur: *C. nimirum 23. quæſt. 8.* hâc verò functiones & labores eorum, qui publici alicujus miniſterii curam habent,

habent, nam & hi humano generi provident conſilio, atque uti in illâ militantes clypeis & thoracibus pro Republicâ nituntur, ita huic militiæ poſteriori addicti literis, ſtylo, verbis glorioſæque vocis munimine eandem tuentur eique militant, veluti de Advocatis hoc prædicat Imperator in text. eleg. *l. 14. C. d. Advocat. diverſ judic.* exinde dictus eſt caſus militiæ, ſeu commune placitum in eâdem ſcholâ militantium, de quo videri poteſt *l. ult. C. d. Pignor. Novell. 53. cap. 5. Novell. 97. cap. 4.* Stephan. ad *d. Novell. 53. n. 17. ſeq.* Gothofred. *in Not. ad d. Nov. lit. u.*. Læl. Taurell. *tr. d. militiis ex caſu.* Coraſ. *SCt. Curiæ Tholoſ. cap. 68. per tot.* Gregor. Tholoſan. *S. U. J. lib. 19 cap. 1.* Gilken. *ad auth. ex teſtamento. C. d. Collation. n. 61. ſeq.* & in hac militiâ verſatos fuiſſe legimus Silentiarios, Rationales, Præfectos Rationum, Præfectos fiſci, Exceptores, Actuarios, Numerarios, Tabularios, Advocatos, Archiatros, Magiſtros Liberalium Studiorum; quin omnes qui ſalaria ſive ſtipendia publica accipiunt, & in miniſterio publico occupati ſunt, huc referendi veniunt *l. 5. l. 7. l. 8. C. d. Proxim. Sacr. Scrin. l. fin. C. d. Inoffic. Teſtam.* Joachim. Stephani *d. Jurisdict. Judæor. Græcor. Rom. & Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 11.* Vinn. *d. Collat. cap. 13. §. 16.* unde cingulum militiæ paſſim pro dignitate, munere & officio venit. *l. 2. C. ubi d. Ratioc. l. fin. C. ut dignit. ordo. ſerv. l. 2. C. d. metat. & Epidem.* Deinde militia quoque in Secularem, quæ & corporalis, carnalis dicitur. *in c. niſi bella. 23. q. 1.* & Cœleſtem ſeu Spiritualem *c. ſi officia diſt. 59. c. reprehenſibile 28. q. 8.* diſpeſcitur, quo ſenſu ſibi invicem opponuntur miles ſeculi & miles Chriſti *2. f. 21. & 2. f. 109.* gladius materialis & ſpiritualis, arma bellica ſeculi & ſpiritualia Eccleſiæ, illa quæ propriè principaliter, & ſecundũ naturalem ſuũ uſum ad offendendum ſunt comparata, Hæc D. Ambroſio dolor, fletus, orationes & lacrymæ: *c. 2. cauſſ. 23. q. 8.* add. *Can. ult. diſt. 36. cap. porrò cauſſ. 16. q. 3.* Romanis verò Pontificibus haud rarò dirum anathematis fulmen Tabor. *Armamentar. Juſtin. in Protheor. §. 2.* *Illam* militiam ſerviunt, qui verè & propriè caſtra ſequuntur & militares operas præſtant: *Hanc* verò Canones Epiſcopis, Sacerdotibus omnique Clericorum turbæ adſcripſerunt: Everhard. à Middelb. *Loc. Topic.* 56. L. B. ab Enenkel. *d. Privilegg. milit. lib. 1. cap. 3. n. 7. ſeq.* Nobis militia in ſenſu verô propriô & quidem latiſſimè pro toto actuum Bellicorum ambitu ſumitur, atque uti militiæ Circulari ſuos Præfectos aſſignavit *Inſt. Pac. Cæſar. Suec. art. 16. §. 2.* ita militiæ totius Imperii ſummus noſter Præfectus præeſt.

§. III.

§. III.

Imperialis ab Imperio (de cujus vocis polyſimia vid. Slüter. *Animadv. ad Hypolith. à Lapid. d. Rat. Stat. p. 1. c. 7. n. 5. ſeq.* Lynker *d. Gravamin. Extrajud. c. 9. p. 2. §. 19. p. 808.* præprimis Limnæ. *ad Capitul. Ferdinand. I. art. 3. p. 478.* & Schilter *Inſt. J. P. lib. 4. tit. ult. §. 26. ſeq.*) ſcil. Rom. Germ. deſcendere, cuivis patet, ex quô enim veteris Rom. Imperii axioma æternô fœdere cum Germaniæ Regno junctum, & Romani Imperii, Regni Germanici, & Longobardici ſceptra ab unô regi cœperunt, ab illo, quod opinione auguſtius erat, Regno in totum Corpus appellatio Imperii communi loquendi uſu & conſuetudine primùm dimanavit, deinde verò poſt lapſum Seculi XI. ſtylô publicô roborata eſt: Conring. *d. Germ. Imp. Rom. cap. 10. per tot.* unde ea, quæ ad illud ſpectant, Imperialia dicuntur: ita Civitates Liberæ in Imperio per excellentiam dicuntur Imperiales Myler *Addit. ad Rümelin. p. 3. Diſſ. 1. θ. 5.* Jung. Rachel. *Diſſ. d. Comit. Electoral. θ. 18.* Interim aliquando hæc phraſis ad ſolum Imperatorem refertur: Ita Imperialis fortuna *in l. cum multa. 7. C. d. Bon. q. lib.* Reinking. *d. R. S. & E. lib. 1. cl. 2. cap. 7. §. 3.* Imperialis menſa in ſolennitate Coronationis *A. B. cap. 28. §. 1.* Curia Imperialis *A. B. cap. 27. §. 2.* Nos autem, quibus ſermo eſt de Belli Duce Summô, qui rei Bellicæ totius Reipublicæ. R. G. præponitur, nomen Imperialis Præfecti eo maxime ſenſu, quo à Ducibus à ſolô Cæſare militiæ Cæſareæ, non Imperiali præfectis, dignoſci poſſit, eidem tribuimus: Et uti Imperii nomen adeò proprium eſt Germaniæ factum, ut omnes, qui illud audiant, non de aliô quàm de hoc noſtrô cogitent regnô. Freinshem. *d. Præcedent. Elector. & Cardinal. diatrib. 1. §. 9.* Jung. Bœcler. *Diſſ. d. Sacro Rom. Imp.* Ita quoque ea, quæ ad univerſum Imperium R. G. pertinent, Imperialia communiter dici ſolere, plus quam manifeſtum eſt. Itter *d. feud. Imper. cap. 2. §. 11.*

§. IV.

Præfecti vocabulum à voce compoſitâ præficere, quod præponere notat, originem trahere, & ipſe ſitus vocis, & vis, & efficacia ſignificationis oſtendit. Præfectus enim in propriô & nativô ſuô ſignificatu dicitur, qui alienæ rei eſt præpoſitus germ. Ein Vorſteher. Cùm verò alius ferè olim vocis hujus fuerit uſus, alius nunc ſit, ad ambiguitatis vitium evitandum obſervari meretur, I. *in vulgari & latiſſimâ ſignificatione* quasvis in vitâ ſociali Curationes tàm Civiles quàm familiares & œconomicas hoc præfecti titulo inſigniri; Sic Ariſtotel. *IV. Polit, cap. 15.* mulieribus



pueris-

puerisque Præfectos ſuos (uti Heinſius vocem Ἐπιστάτου interpretatur) dispertitur. conf. *t. t. d. Exercit. Act. & t. t. quod quis univerſ. nom.* II. *in latiori ſignificatu* ad publicas potius, quàm privatas curas trahitur, ita ut cuncta in Civitate obeunda munia & functiones complectatur, & præter civilia, ac militaria officia, Sacerdotum quoque ordinem ſub ſe comprehendat, Ariſtot. *d. l.* adeòque miniſtri quoque Eccleſiæ Præfecti vocantur 1. *Timoth. cap. V. verſ. 17.* Gerhard. *Loc. Theolog. d. Miniſter. Eccleſ. §. 35.* III. *Minus latè* venire videtur, quando vel Civilem vel militarem magiſtratum denotat, quæ notatio variis apud Romanos officiorum generibus communis erat, quorum catalogum *titul. poſter. Cod.* exhibent. Præcipui ex his fuere Præfectus Annonæ *l. 2. §. 33. ff. d. O. J.* Præfectus Ærarii *l. cum quidam. 12. π. de his q. ut indign. l. 2. §. res. π. ne quid in loc. publ. vel ſacr. l. 4. §. 20. d. fideicommiſſ. libert.* Præfectus Auguſtalis ſive Præfectus Prætorio Auguſtalis, Præfectus Urbi, Præfectus Regionis, quibus accenſeri poteſt Præfectus Sacri Cubiculi D. D. Schweder *d. Diſſ. Sect. 1. cap. 1. §. 1.* & Præfectus fabrorum: Et quia obſervante Roſin. *Antiquit. Rom lib. 7. cap. 46.* uſus hujus vocis in re militari maximus, exinde nomen traxerunt Præfectus Legionis, Præfectus Alarum, Præfectus Cohortis, Præfectus Caſtrorum, Præfectus Claſſis, de quibus latius diſſerunt Pompon. Lætus *d. Magiſtrat. Popul. Rom. lib. 1. cap. 7. ſeq.* Jan. Guilielm. *d. eod. argum. c. 22. ſeqq.* Georg. Obrecht. *d. Diſciplin. militar. num. 31. ſeq.* & qui his omnibus præcellebat Præfectus Prætorio, inde hoc nomen ſortitus, quia veteres omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellaverunt, Godeſc. Stewech. *ad Veget. d. Re Militar. cap. 2. p. 97.* Unde & Prætorium tabernaculum ejus dicitur, & in caſtris porta Prætoria. Hujus, uti omnium omninò Præfectorum, diverſa pro diverſitate Statûs Reipublicæ Rom. poteſtas & adminiſtratio fuit, ita ut quemadmodum illorum alia Republicâ adhuc liberâ, alia ſub primis Impp. alia ſubſequentibus ſeculis facies fuit, ita & cum ipſis temporibus varias mutationes Præfectus Prætorio ſubiit: Primitus ad ſimilitudinem Magiſtrorum Equitum, quos Dictatores in liberâ Republicâ ſibi eligebant, ut ſecundam poſt eos in milites poteſtatem gererent, ab Impp. electi ſunt, datâ eis pleniore jurisdictione in Prætorianos milites ad diſciplinæ publicæ conſervationem & emendationem. Add. Dom. Flocc. *d. Poteſt. Roman. lib. 2. cap. 9.* ſed hos cancellos poteſtas eorum ſubſequutis temporibus migravit, & cum ipſâ Impp. majeſtate varia ex horum liberalitate incrementa ſumpſit, variisque dignitatibus & honoribus condecorata fuit: nam cùm

initiô

initiô ipſimet Imperatores ſe velut Duces adhuc exercitûs, hujus curam tantùm habituros, ſimularent, jurisdictio ad Prætorianos ſaltem milites reſtricta fuit, nec ulterius pertingere potuit; auctâ verò Imperatorum poteſtate, etiam Præfecti Prætorio in omnibus tàm Civilibus quàm Criminalibus cauſſis judicare cœperunt, & quidem ſine licentiâ appellandi ad Impp. ceu quorum perſonam in judicando ipſi repræſentarunt. *l. unic. C. d. ſent. Præf. Prætor.* Cum extenſâ poteſtate aucta quoque eorundem dignitas, primus enim Alexander Severus iis addidit Senatoriam Dignitatem, teſte Lampridio, mox Hadrianus Conſularem, Spartiano teſte; ſicque ex officio militari temporis ſucceſſu factum eſt civile, ab Imperatore Summum, & cum antea ex militaribus viris legerentur Præfecti Prætorio, poſtea juris ſcientiâ ſibi locum vindicante, ampliſſimum hocce munus togatâ potius quàm bellicâ virtute à JCtis Ulpianô, Paulô vid. Kirchmajer *Diſſ. d. Elogiis. veter. JCtor. p. 15.* adminiſtratum fuit Caſſiodor. *lib. 6. Epiſt. 15.* Wolff. Lazius *d. Republ. Rom. lib. 2. cap. 1. ſeq.* Joh. Jul. Cæſar. Bulenger *d. Imp. Rom. lib. 3. cap. 2.* Arn. Clapmar. *d. Arcan. Rerump. lib. 2. cap. 18. in fin.* Knichen *d. Jur. Territor. cap. 1. n. 205.* D. D. Schweder *d. Diſſ. Sect. 1. cap. 1. §. 9.* Myler ab Ehrenbach *Archolog. cap. 23.* Textor *Jur. Publ. Stat. Imp. Tit. XI. n. 85. ſeq.* IV. *Stricte & abſolute* absque aliâ adjectione, quæ rem magis determinare ſolebat, poſitum hoc Præfecti vocabulum nil ferè niſi militare officium in auxiliaribus & ſociis copiis conſpicuum, denotabat; ſcil. ut in auxilio Præfecti idem eſſent, quod in Legione Tribuni erant, de quibus Polyb. *lib. 6.* ita loquitur: *Ubi ſocii unà cum Romanis congregati ſunt, curam diſtributionis eorum tractationisque habent conſtituti à ſociis Principes, Præfecti appellati, numero duodecim, qui primò ex omnibus, qui acceſſerint, auxiliaribus aptiſſimos eligunt equites peditesque, operam ſuam adminiſtrandum Conſulibus exhibituros, hosque vocant extraordinarios:* Jung. Roſin. *Antiq. Rom. lib. X. cap. 8.* Et his variis Præfectis affines ſunt Præfectiani, uti illi, qui ab Impp. poſterioribus temporibus Præfecto Prætorio apparitores dati erant, dicebantur *l. 2. & ſeq. C. d. Apparit. Præfect. Prætor. l. 12. C. d. Offic. Rect. Provinc. l. 12. C. d. Caſtrenſ. pecul. milit.* Viri Præfectorii, de quibus in *l. 1. ff. d. Senat.* mentio fit. vid. Strauch. *diſſ. d. Centum Lapid. Urbicar. cap. 1. per tot.* Noſtrum Summum militiæ Imperialis Præfectum nulli ex iis, quos è Republicâ Romanâ produximus, Præfectis comparare poſſumus, ſed is pro magiſtratu militari ſummô juxta ſignificatio-

nem ſupra tertio loco notatam à nobis accipitur, eique tribuitur Præfecti vocabulum.

§. V.

Summum militiæ Imperialis Præfectum vernaculô ſermone variè exprimunt Acta Imperii R. G. publica: Atque cum vetuſtis temporibus titulorum faſtus nondum in morem abiiſſet, & imprimis Germani ex priſca morum ſimplicitate hoc diu ſervaverint, ut honorem & exiſtimationem non ex inanibus verbis, ſed rebus benè geſtis captarent, intra modeſtiores compellationes noſtri Præfecti titulus ſubſtitit: In dem Rathſchlag deß Reichs/ wegen deß Zugs wider die Huſſen/ Norimbergæ anno 1431. habitâ, quam Schiltero debemus in *Mantiſſ. J. P. pag. 38.* ſolius *Capitanei* titulô Summum hoc belli munus gerentem inſignitum fuiſſe deprehendimus: Ita enim *in d. Mantiſſ. pag. 72.* §. Item &c. ſo ſoll der Ertz-Biſchoff von Cölln ein Houbtmann ſeyn/ & eod. §. Welcher unter den ein Houbtmann ſin wirdet. Et *p. 129.* d. Conſtitut. inter alia habetur: Item das noth der Hochwürdigkeit unſers Gnädigen Herrn deß Röm. Kayſers und deß Hail. Chriſtlichen Richs verſtändige und mannhaffte Hauptlüte fürgenommen und geordnet/ und beſonder verſorgt werde/ domit die Hauptlüte in guter Einigkeit ihr Houpt-Mannſchafft ußrichten: In R. A. zu Nürnberg: d. ann. 1466. quem exhibet Goldaſt. *Part. II.* Reichs-Satzungen *pag. 159. ſeq.* Ulricus L. B. de Graveneck, qui expeditioni adverſus Turcas Imperii nomine ſuſcipiendæ præfectus erat, eodem titulo compellatur; ibi enim §. 25. So ſoll der Hauptmann geloben und ſchwören ꝛc. §. 30. Es ſoll auch ein Anzahl der Räthen dem Hauptmann zugeordnet werden ꝛc. idque aliquoties ibidem repetitur, neque aliter eum ſalutatum legimus in der Handlung auff dem Kayſerl. Tag deß Türcken-Zugs halber/ d. anno 1466. apud laudat. Schilter. *in Mantiſſ. J. P.* in quâ Ulricus de Graveneck poſt primam expeditionem adverſus Turcas, de ejusdem infelici ſucceſſu, ſcævis Hungarorum conſiliis, defectu apparatûs bellici, & aliis graviter conqueritur, & Principes Statûsque unà cum Pauli IV. Pontificis Legatô ad bellum majore vi contra infideles gerendum adhortatur, in quâ Tractatione generoſam Eberhardi Junioris, Würtembergiæ tùm temporis Comitis, (aderant autem & Eberhardus Senior & Ulricus ejusdem fratres cum numeroſâ Procerum Imperii coronâ) promiſſionem vel per tranſennam obſervari liceat; de hoc enim & Ottone Bavariæ Duce ibidem ita legimus: Item ſo hand ſich Hertzog Ott und Grav Eberhard von Würtemberg auff die Zeit erbotten/ wann ſolcher Heer-Zug wider die Türcken fürgenom-

men

men werde / ſo wolten perſöhnlich mitziehen/ und weder ihr Leib noch Gut ſpahren/ der heiligen Chriſtenheit zu hülff und den Feinden Chriſtlichen Glauben zum Wiederſtandt. Atque non tantùm illô temporis articulô, ſed & anterioribus quoque temporibus Summos Belli Duces in Germaniâ nonniſi Capitaneos Hauptleute fuiſſe appellitatos, ex eo clareſcit, quod is, qui expeditionem fœderis Suevici nomine, ſociatis omnium fœderatorum viribus, in pacis Violatores ſuſcipiebat, non aliter quàm Land-Friedens Hauptmann appellatus fuerit, Conſultiſſ. D. Datt *d. Pace Imp. Publ. lib. 1. cap. 21. n. 1. ſeq.* Jung. R. A. zu Augſp. d. A. 1500. tit. 52. ibi Hauptmann deß H. Reichs ꝛc. id quod adhucdum in R. A. zu Augſp. d. A. 1530. §. 121. Demſelben Hauptmann ꝛc. §. ſeq. Es ſoll auch der berührt Hauptmann ꝛc. occurrit: Quamvis autem, uti præmonuimus, in diſpenſandis Titulis honorum antiquioris ævi ſtylus admodum parcus fuerit, attamen non Capitanei ſolius appellatione Belli Imperialis Ducem honorare voluit, ſed Supremi Capitanei adjectione ſubindè adauxit; In ſupra laudat. Rathſchlag wegen deß Zugs wider die Hußſen/ apud Schilter. §. 2. Obirſte Hauptmann ꝛc. der gemeine Obirſte Howubtmann ꝛc. pariter in Conſtitutione, quam ſupra ex Goldaſtô produximus *§.* 24. legitur: Das Ulrich von Graveneck der Oberſt Hauptmann wider die Türcken ſeyn ſoll ꝛc. *§.* 16. ibi: Ob ſich auch der Oberſt Hauptmann ꝛc. cui conſonat R. A. zu Augſp. d. A. 1500. tit. 75. ibi: das Reich entzwiſchen mit einem andern Oberſten Hauptmann verſehen möge ꝛc. R. A. zu Augſp. d. A. 1530. §. 123. & §. 127. in quibus textibus modo ſimpliciter Capitaneus, modô cum additamentô *Supremi*, vocatur Summus Belli Dux: Maximè autem, cùm, diviſâ à Maximiliano I. in certas regiones ſeu Circulos Germaniâ, (de quo inſtitutô differentes vide Conring. *Præf. ad Polit. Ariſtot. ſubjecta tr. de finib. Imp.* Textor. *d. Rat. Stat. cap.* 3. Strauch. *Diſſ. Exot. I. §. 4*) cuilibet eorum Rei Bellicæ regendæ peculiaris Dux præfectus eſſet, ad diſcernendum noſtrum Univerſi Imperii Ducem ab illis particularibus ſingulorum Circulorum Ducibus, communis alicujus Capitanei, gemeinen Hauptmanns / nomen in Receſſibus Imperii eidem tributum invenimus R. A. d. A. 1500. tit. 52. deß Reichs Hauptmann betreffend. ibi: zu einem gemeinen Hauptmann deß H. Reichs ꝛc. tit. 65. Hertzog Albrecht von Bayern gemeinen Hauptmann ꝛc. Sed cùm per varias temporum viciſſitudines tituli quoque & blandimenta honorum inſignera ſubindè mutationem ſubirent, Jung. *Novell.* 17. Draco *d. Origin. & Jur. Patrit. cap. 2. in append. n. 1.*

*ſeq.* Höpping. *d. Jur. Inſign. cap.* 22. §. 2. Eyben *d. Titulo Nobilis p.* 15. *ſeq.* idem & circa munus Noſtri Summi militiæ Imperialis Præfecti contigit; Variavit enim ſtylus publicatũ Conſtitutionum nimium quantum in hujus officii appellatione, idque diu admodum. In R. A. zu Speyr d. A. 1542. §. 23. vocatur. Feld-Hauptmann / aliquando Oberſte Feld-Hauptmann. v. R. A. d. A. 1542. §. 23. ibi einen Obriſten Feld-Hauptmann über obgemeldt Kriegs-Volck zu beſtellen ꝛc. idem repetitur §. ſeq. Alſo haben wir ꝛc. Et hoc quoque nomine inſigniri illum, qui ſummæ rei Bellicæ præeſſet, inſolens non fuiſſe, ex tabulis à Goldaſto Reichs-Handlung *pag.* 31. relatis, quibus dicto Suevici fœderis Summo Duci Eberhardo, Comiti Würtembergiæ, Vicarius ſubſtituitur Hugo Werdenbergi Comes, ſatis pateſcit. Ita enim in *ejus Conſt. pr.* legitur: Do ſeine Liebe mit deß Reichs Unterthanen / und beſonders deſſelben unſers Lieben Herrn und Vattern des Röm. Kayſers und unſerm Punde des Lands zu Schwaben durch den Wohlgebohrnen unſern Schwagern und Rathe / und deß Reichs lieben getreuen Eberharden / Graven zu Würtemberg und Mömpelgardt ꝛc. dem Eltern als deß Pundts Veldt-Hauptmann / und an ſeine ſtatt den Wohlgebohrnen Unſern Rathe und deß Reichs lieben getreuen Haugen / Graven zu Werdenberg / und zum H. Perge ſampt andern deſſelben Punds-Hauptleuten mächtiglich zugeſetzt haben / und im Feld unterthäniglichen und gehorſamlichen erſchienen ſeyn. Quin & porrò in modò citat. *Conſtit. princ.* Imperii Ducem Generalem, deß Reichs-Obriſten Veld-Hauptmann à Capitaneô ſive Summô Duce Suevici Fœderis, deß Schwäbiſchen Punds Veld-Hauptmann / ſollicitè diſtingui, atque prius illud munus in expeditione contra Albertum Bavariæ Ducem anno 1492. Fridericum Marchionem Brandenburgicum, explicatô Imperii vexillô, geſſiſſe obſervat prælaudat. Dn. Datt, *d. tr. lib. 2. cap. 25. num. 39. ſeq.* Sed intra Capitanei Eines Hauptmanns / compellationem non ſubſtitit uſus ille optimus loquendi magiſter, ſed ſucceſſu temporis hæc appellatio obſolevit, und iſt aus einem Hauptmann ein Obriſter worden. R. A. zu Regenſp. d. A. 1541. §. Und dieweil Uns Chur-Fürſten ꝛc. 55. ibi: zu obbemeldten Kriegs-Volck einen Obriſten ins Feld ꝛc. R. A. zu Regenſpurg. d. A. 1557. §. Alsdann eines anſehnlichen Obriſten ins Feld ꝛc. 54. Reuter-Beſtallung d. A. 1570. §. 16. 17. ſed & Feld-Obriſter nominatur in R. A. zu Augſp. d. A. 1566. §. Nach dem ferner

ner die Anweſende ꝛc. 51. R. A. zu Regenſp. d. A. 1567. §. In gleicher Geſtalt auch ꝛc. 33. General-Obriſter in R. A. zu Franckfurt. d. An. 1569. §. Zum andern haben Wir ꝛc. 12. § 35. & 37. Sæpius quoque iſta duo conjuncta, aut in totum vel pro parte invicem permutata deprehenduntur; unde occurrit titulus Eines Obriſt Hauptmanns/ R. A. zu Speyr d. A. 1542. §. Und damit unter allen ꝛc. 37. ibi: So ſoll der Obriſt Hauptmann vollen Gewalt haben ꝛc. Obriſten Feld-Hauptmanns R. A. zu Nürnberg d. An. 1543. §. Wir haben aber ꝛc. 7. bemeldten Obriſten Feld-Hauptmann ꝛc. R. A. zu Speyr. d. A. 1542. §. Als nun aber ꝛc. 23. Einen Obriſten Feld-Hauptmann ꝛc. Tandem mediô proximè elapſi ſeculi, hisce omnibus Militiæ Præfectis Secundariis quaſi in prædam ceſſis, Supremi Campi-Mareſchalli, Eines Feld-Marſchallen titulus Noſtro proprius eſſe cœpit, quô & eundem toties ſalutari videmus, quoties in Actis Comitialibus iſtius temporis de illo mentio injicitur. vid. Caſp. Londorp. *Cont. IX. cap. XI.* ubi in Concluſô Imperii: Wird über dieſes Corpo zu einem Reichs-Feld-Marſchall ꝛc. Herrn Marggraff Leopold Wilhelm zu Baaden ꝛc. auff anzunehmen beſchloſſen. Jung. *Cap. XIV. XV. ſeqq. Cap. XXVII. Cap. XXXV. & paſſim.* Hoc enim Mareſchalli elogium, quod nonnulli à Marte, alii à Gallico Maires au Camp, quod majores magiſtratûs Præfectosque, qui exercitum ducunt & gubernant, arceſſunt, Limnæ, *J. P. Tom. I. lib. 3. cap. 10. n. 22.* Idem *in Notit. Regni Franciæ. lib. 2. cap. 27.* Octav. Ferratius *in Origin. Ling. Italic. voce Maliſcalco:* Menagius *Origin. Ling. Gallic. voce Marechal.* Voſſius *d. Vitiis Sermon. p. 251.* Speidel. *Specul. Jur. Pol. voce* Marſchalck/ *p. m. 842.* ad militiam & in caſtra quoque tranſiit, & à prima vocis origine, quàm à ſervitiô equorum (Mare ſive Mähre enim equum priſcis Germanis & Schalck famulum denotabat, Beſold. *Theſaur. Pr. voce* Schalck *p. m. 863.* Diether *in Addit. ead. voce p. m. 534.*) cum Beato Rhenano, Becano, Cluverio & aliis probabilius deducit Limnæ, *d. l. n. 25. ſeq.* minus receſſit iſte Campi Mareſchalli ſeu, quod idem notat, Magiſtri Equitum ſignificatus Petr. Müller *d. Mandat. Ducum Milit. cap. 1. §. 5.* Hæc autem compellatio cùm ſummum in Militiâ Imperiali gradum deſignaret, illi, qui Summô Imperiô fungebatur, Ducique, quem excellenter ita dicit Grot. *d. J. B. & P. lib. 3. cap. 22. num. 1.* primario nimirum & Summo Imperialis militiæ Præfecto ſoli tribuebatur, poſtea verò ad alios quoque Militares Præfectos Superiores, à Supremo Duce proximos, transferri, pluribusque unô tempore familiaris

eſſe

eſſe cœpit. vid. A. Fabri Europæiſch. Staats-Cantzley XI. Theil *cap.*
*X.* Beylag *Num. XVI. & XVIII.* quamobrem & nos ad evitandam
ambiguam vocis acceptionem, maluimus nominibus ipsâ vi ſuâ Summum
Imperium denotantibus uti, quam Campi-Mareſchalli titulum adhibere:
& eapropter cùm vocabulum Feld-Herr Summum Belli Ducem abs-
que dubio denotet, illô Noſtrum Supremum Militiæ Præfectum commodè
ſalutare poterimus. Jung. R. A. zu Franckfurt. d. A. 1569. §. Zum an-
dern haben wir ꝛc. 12. ibi, zu unſerm Feld-Herrn und General-Obri-
ſten ꝛc. Uti autem his titulus non tantùm eminentiam, ſed & Summum
in expeditionibus Bellicis Imperium das Ober-Commando importat, ita
ab eodem longè differunt, die Kriegs-Herrn R. A. zu Regenſp. d. A.
1541. §. Deßgleichen ſoll S. Liebd. als der Herr deß Kriegs ꝛc. 54. R.
A. zu Speyr d. A. 1542. §. Wir haben Uns auch ꝛc. 38. ibi: Die
ſollen dem Kriegs-Herrn zuſtehen ꝛc. *Hoc* enim *nomine* ille, cujus tan-
quam cauſæ belli principalis effectricis auſpiciis, *illô* verò (deß Feld-
Herrn) per quem ab alterius juſſibus & nutu pendentem, tanquam Du-
ctorem exercitûs ſummumve Rei Bellicæ Legatum Lipſ. *Pol. lib. V. cap.*
*14.* bellum geritur, indigitatur: ferè quod poſterius attinet eô ſenſu, quo
veteres Ducem exercitûs appellabant Hertzog: i. e. uti nonnulli interpre-
tantur, Herr deß Zugs. Arniſæ. *d. Jur. Majeſt. lib. II. cap. IV. n. 15.*
Carpzov. *d. L. Regia German. cap. III. Sect. XIII. n. 24. ſeq.* Textor
*Jur. Publ. Stat. Imper. tit. XI. n. 63.*

## §. VI.

Synonima maximam partem §o. antecedenti expoſita ſunt,
heic ſaltem illud ſuperaddi meretur, Summum Militiæ Imperialis Præfe-
ctum aliàs quoque appellari ſolere *Summum* vel *Generalem Belli Ducem*
aut *Generaliſſimum.* Ducis autem vocabulum in Bellô & caſtris natum
primitus Magiſtratibus Militaribus Majoribus inditum eſt. *l. 5. §. 1. π. d.*
*Pact. l. 2. pr. ff. d. his qui not. infam. l. 3. §. 15. l. 4. pr. ff. d. Re Milit.*
Iſidor. *Etymolog. lib. 9.* J. Lipſ. *d. militiâ Rom. lib. II. Dial. II.* Arniſæ.
*d. tr. lib. II. cap. IV. n. 15.* Limnæ. *J. P. lib. IV. cap. III. n. 4.* Conring.
*d. Ducib. & Comitib. Imp. Germ. §. 1. §. 9. & paſſim.* Et ſub Francorum
Imperio adhuc præſidiatum rei militaris notaſſe B. Rhenani verba *lib. II.*
*Rer. German.* confirmant; Ita enim ille: *Nec tantam habebat poteſtatem*
*Dux, quantam hodiè videmus, ſiquidem perſæpè ſe tantum Duces mi-*
*litum nominabant, quemadmodum in vetuſtiſſimo diplomate apud Di-*
*vum*

*vum Ludigarium Lucernatem ſcriptum eſt: Ego Withardus & frater meus Rupertus, Dux militum Regis Ludovici. Fuit autem is Rupertus Alemanniæ Dux ſive Sueviæ.* Hæc ille. Gemina tradit Lehmann *Chronic. Spirenſ. lib. II. cap. XVI.* ubi inquit: Und ſonſt hin und wieder in Hiſtoriâ Caroli M. werden die Graffen/ die von dem König zu Kriegs-Obriſten geſetzt/ Duces oder Hertzog genant/ deren Hertzogthumb ſich mit dem Krieg geendet: *Capitanei* nomen Caput quidem exercitûs notat, unde Galli ſtrenuum Ducem *grand Capitaine* appellant, & Tabor *Ichnograph. feudal. ad lib. I. F. tit. 1. 6. 2.* Capitaneos vocat Oberſte Hauptleut oder Reichs-Obriſten ꝛc. Verùm primatus horundem non ſolum exercitum & militares res reſpicit, ſed totam Rempublicam, atque in ſenſu verô & propriô idem ac Principes & Proceres Regni ſonat: quin & quemcunque Primatum hoc nomine indigitari, verba ſæpè laud. Rathſchlags deß Zugs wider die Huſſen/ ap. Schilter *in Mantiſſ. J. P. p. m. 136.* evincunt, ibi enim Statuum Imperii Legati ita loquuntur: Wann unſere Gnädige Herren wohl wiſſen/ daß ſie dem H. Röm. Stuhl und unſerm Heiligſten Vattern dem Pabſt/ als ihrem Obriſten Capitanien in der Geiſtlichkeit/ Unſerm allergnädigſten Herrn dem Röm. Kayſer/ als dem Obriſten Capitanien in der Weltlichkeit in allen billichen zimlichen Sachen gehorſam ſeyn ſollen ꝛc. Frequentius Summus Dux noſtris temporibus *Generalis Locumtenens:* General-Lieutenant vocatur, uti hoc nomine Sereniſſimum Marchionem Baadenſem Ludovicum glorioſæ memoriæ vulgo ita appellitatum novimus: At non cuivis Summo Militiæ Imperialis Præfecto, ſed illi ſolum hic titulus convenit, qui locum tenet Imperatoris, cui vel totius belli adminiſtratio, vel ad minimum hoc munus ab Imperiô delatum fuit: vid. infra *cap. II. §. 16. in fin.* add. Beſold. *Theſ. Pr. voce Lentenant. p. m. 585.* Diether. *ead. voce.*

## §. VII.

Deſcribi autem Summus Militiæ Imperialis Præfectus poteſt, quod ſit totius S. R. Imperii Exercitûs Caput, communi Cæſaris & Statuum Imperii conſenſu Rei militari eo fine præpoſitum, ut expeditiones Bellicas ſummo cum Imperio dirigat:


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-231602-p0019-1

# CAPUT SECUNDUM.

## *Conſtitutionem Summi Militiæ Imperialis Præfecti exhibens.*

### Summaria.

§. 1. *Virtutes Ducis ſunt vel Communes, vel Propriæ.*

§. 2. *Conſtitutio Summi Militiæ Imperial. Præfecti ex jure Belli fluit.*

§. 3. *An veteres Germani communem Belli Ducem unquam legerint?*

§. 4. *Singulæ Gentes Germanicæ proprios Belli Duces habuêre.*

§. 5. *De Ritu veterum Germanorum inaugurandi Duces.*

§. 6. *Cui ſub Francorum Imperio poteſtas Summum Ducem conſtituendi competierit?*

§. 7. *Hoc jus ab antiquo ad Comitia pertinet, & Inſtrum. Pacis Weſtphal. confirmatum eſt.*

§. 8. & 9. *An per vota majora, an verò per unanimia Summus Militiæ Imperialis Præfectus creari debeat?*

§. 10. *Non à ſolis Ordinibus conſtituitur.*

§. 11. *Neque à ſolo Imperatore, ſed à toto Imperio.*

§. 12. *Quid in bellô defenſivô, & caſu neceſſitatis Imperatori liceat?*

§. 13. 14. & 15. *A quibusnam Cæſare abſente aut mortuô conſtituatur?*

§. 16. *An à Conventu Deputatorum Ordinariorum Imperii deligatur?*

§. 17. *Aliquando Imperator Ipſe hoc munus ſuſcipit.*

§. 18. *Aut Rex Romanorum.*

§. 19. *Sæpius Ordines electionem Summi Ducis arbitrio Imperatoris permittunt.*

§. 20. *Sed tamen ut is Germanum eligat.*

§. 21. *An Germanis Parentibus extra Germaniam natus pro Germano habendus?*

§. 22. *An plures conſtitui poſſint Summi Militiæ Imperialis Præfecti?*

§. 23. *Conſilia quorundam de Duce perpetuo recenſentur.*

§. 24. *An perſonæ Eccleſiaſticæ hoc munere fungi poſſint?*

§. 25. *Summus Militiæ Imperialis Præfectus Officium hoc liberè ſuſcipit.*

§. 26. *Gratis ſervire non tenetur.*

§. 27. *Præſtat Corporale Juramentum.*

§. 28. *Diplomate Cæſareô munitur, cujus exemplum ex Londorpiô exhibetur.*

§. I.

§. I.

UNiverſa Militia humani corporis quandam figuram gerit & effigiem, cujus robur atque vis in Exercitu, ceu vaſtô corpore, ſita eſt, Ratio in Duce, tanquam Capite. Dux enim manibus pedibusque ſuis parum ad Reipubl. ſalutem efficere poteſt, at intelligentiâ, quæ in capite ſedem figit, plurimum. Caſp. Facius *Polit. Livian. Art. X.* quâ tanquam animâ vigorem, motus & operationem per omnes artûs & membra corporis illius artificialis aptè diſpenſat, hisque ad miniſterium & ſalutem univerſi utitur; Sunt enim illi pro oculis conſilia, pro brachiis arma, pro pedibus opes. Philipp. Marnix *Reſol. Polit. Sect. II. Reſol. 41.* Guevarra *Horolog. Princip. lib. 1. cap. 36.* Sine quâ haud inſcitè exercitum excœcato Cyclopi, aut navi absque Nauclerô, in altô maris fluctuanti, comparabat Leoſthenes; id quod Alexander M. innuit: *Scietis*, in oratione ad milites ſuos inquiens, *quantum ſine Rege valeat Exercitus, & quid opis in me unô ſit!* Quippe quod inſtrumento honorario motor, id in Exercitu Dux eſt, quô agitante moventur, ceſſante torpent omnia; Quare Philippus Macedo dicere ſolebat: Præſtantiorem eſſe exercitum Cervorum Duce Leone, quàm Leonum, Duce Cervo. Beſold. *de Arte Jureque Belli. cap II. §. 13.* & C. Fabricius, cùm audiret, Romanos à Pyrrhô victos, non, inquiebat, Epirotæ Romanos, ſed Pyrrhus vicit. Plutarch. *Apopht. in Galbâ.* Liv. *Dec. 2.* Fabian. Guſtmajer *Fecial. German lib. II. cap. VI. num. 1.* Cùm itaque tanti ſit Exercitus, quanti Dux Flor. *lib. II. cap. 18.* benè monet Livius *l. 24.* parem ſemper Bello Ducem deligendum eſſe; & quod gravitatem rei perpendens Fabius Maximus egregiè populum Romanum monuit, ut magnô judiciô crearent Conſules, qui pares poſſint eſſe Hannibali, idem & circa eligendum Supremum Militiæ Præfectum ſequendum, nemo patriæ amans inficias ibit. Ut autem perpenſô judiciô fiat electio, atque expectationem ſui adimpleat Belli Dux Summus, magnus ſit oportet miles, magnusque Germanus, quem non minus Imperatoriæ virtutes, quam ille Imperii Exercitum ducat: Quis enim majori curâ & ſollicitudine eligendus eſt, quam is, cui arma i. e. ſalus Reip. creduntur? Atque cùm qualitates, quæ ad graviſſimum munus hoc commendant, aliæ ſint Noſtro cum omnibus cujuscunque Belli Ducibus *communes*, aliæ autem eidem *propriæ*; Ita, quod *priores* attinet, rerum militarium periti (I) requirunt Edecumatam rei militaris Scientiam; cùm præſentaneô enim Reipubl. periculô conjunctum eſt, ultra vires contendere, & plura concupiſcere, quàm quis capere poſſit, aut cum Phaëthonte habenas Imperii

 appe-

appetere, quas tamen regere nondum didicit, illam quisque artem exerceat, quam callet, neque in bellô ejusque gubernatione tyrocinium armorum demùm facere, ſed jam paratam longâ militiâ & multis ſtipendiis peritiam bellicam ad hunc excelſum gradum afferre convenit. Jacob. Zevecot. *Obſerv. Polit. ad Sueton. cap. 34. in fin. cap. 57. & 65. paſſimq́;*. conf. R. A. zu Augſp. d. a. 1500. tit. Nachdem zu Handhabung ꝛc. 52. ibi: **Einen gemeinen verſtändigen Hauptmann** ꝛc. R. A. zu Nürnberg. d. a. 1522. *§. 8.* ibi: **der Kriegsläufft verſtändig** ꝛc. hæcq; non ſolùm in armorū geſtandorum uſu, ſed etiam in locorum, rerum, artium, temporum, animorumque militarium, & plurium, quæ hæ pagellæ non capiunt, notitiâ, conſiſtit. (2.) Virtutibus & animi & corporis exornatus ſit, & invictô præprimis animô polleat, qui huic regimini militari admoveri discupit; Et quoniam plus conſiliô, quàm manu expedire Belli Dux Summus ſolet, ipſi juxta Tullii effatum *l. 1. c. 23. de Offic.* magis decernendi ratio, quam decertandi fortitudo curæ cordique habenda; ſed & ſuômet propriô exemplô militum animi ad virtutem aliquando excitandi ſunt, ut de ſe effari poſſit illud Livii *lib. VII. cap. 32. Facta non dicta mea vos milites ſequi volo, nec diſciplinam modò, ſed exemplum etiam apud me petere.* Quid enim prodeſt peritia Ducis, ſi ignavus, ſi timidus colorem conſpectô hoſte mutaverit, & in prælii diſcrimen procedere non auſus, cum Arratto, Sycionum Duce, pugnæ potius Spectator, quàm Dux eſſe malit? Facius *d. tr. Ætat. II. Error. 30.* Bocer *de Bello & Duell. cap. VIII. §. 10.* (3) Auctoritas quoque maximum momentum in animis tùm militum, tùm hoſtium habet, ſpem non vanam victoriæ præbet, exercitum ad nutum imperantis intentum reddit, diſciplinam militarem apprimè ſtabilit, atque ad maxima diſcrimina adeunda proficit, nam non viribus & velocitatibus, aut celeritate corporis res magnæ geruntur, ſed conſiliô & authoritate; Hæc autem prudentiâ, magnanimitate, induſtriâ, moderatione, vigilantiâ, potiſſimùm autem egregiis in Rempubl. meritis, atque claritudine Generis conciliatur: Denique (4) Felicitatem Ducem noſtrum comitari, aut certè eundem non deſeruiſſe neceſſe eſt: neque enim cum Lanovio *diſc. paradox. 2.* illum Belli Ducem præoptamus, qui præliô jam victus eſt, & uti ille, qui ſemel decoxit, tanquam ſuô malô de iis, in quibus peccari ſolet, edoctus, rebus œconomicis prudenter aliquandò præficitur: Ita & illi, qui fuſus fugatusque infortuniô inclaruit, ſummam rerum temerè iterum credi, tutum temur: Et quamvis peritiæ & conſilii potiores in rebus militaribus ſint partes, attamen militarem artem plurimæ fortu-

næ

næ egentem, ſuô ſuffragiô expertus confirmat Julius Cæſar, *Multum*, inquiens, *tùm in omnibus rebus, tùm in re militari fortuna prodeſt; Nam ut felicitatem fiducia, ſic infelicitatem Ducum ſequitur pavor militum, quô nil propius exitio.* Neque vanam eſſe in deligendis Ducibus de felicitate conſultationem, ſi ſine curioſitate & ſuperſtitione exerceatur, ipſa ſuô calculô probat experientia; Cùm negari in univerſum nequeat, illis, qui talia munia adminiſtrant, quandam adjunctam divinitùs eſſe fortunam, atque Summum in cœlis Numen certos homines peculiaribus ingenii animique dotibus inſtruere, eorumque actiones proſperare, & quodammodò per illos gloriæ imperantium atque ſaluti Regnorum conſulere. Lipſ. *l.c.* Bœcler. *Charact. Vellejan. cap. II. & III.* Item *de Auſpic. Reg. cap. II.* Fritſch. *vol. II. Ex. J. P. XV. θ. 49. ſeq.* ab Andlern *Tom. II. Conſtit. Imper. voce* Krieg. *n. 15. ſeq.* Cæterùm concinniùs Petr. Valkenier in dem Verwirrten Europâ P. I. fol. 11. loquitur, quando ibidem inquit: Lange Erfahrung/ ſchleunige Anordnung und Tapfferkeit machen einen guten Kriegs-Obriſten ꝛc. Plura in hanc rem videri poſſunt apud Franciſc. Petrarcham *de Officio & Virtut. Imperatoris ad Ludov. Vermium Veronenſ. Exercitûs Veneti Ducem:* Conzen *Polit. lib. X. cap. 22.* Onoſander *Strategic. cap. 1. ſeq.* Simon Staravolſc. *Inſt. Rei Milit. lib. II. & III. per tot.* Bürger *Cent. II. Obſ. 6.* B. D. Pregizer *Diſſ. de Imperat. Excell.* noviſſimè Ant. Thom. Schiara. *Theolog. Bellicâ lib. II. diſſ. 1. n. 4. ſeq. Propriæ* autem quæ ſint virtutes, & quæ ſpecialiter in Noſtrô Archiſtrategô requirantur, ipſa præſens tractatio ſubindè ob oculos ponet.

§. II.

Cùm autem ſummum Summi Noſtri Militiæ Præfecti munus ſit, & circa graviſſimi ponderis negotium, in quô robur atque tranquillitas Reipublicæ ſita eſt, Bellum ſcil. verſetur, ideò ut ad illud à Summâ Poteſtate auctoretur, convenit: neque enim bellum aliquod publici nomen meretur, niſi à Summis Imperantibus fuerit decretum, armorumque poteſtas & jus belligerandi inter Jura Majeſtatis majora locum ſibi vindicare notum eſt, uti notiſſimum vid. phalangem Auctor. ap. Arniſæ. *de Jur. Majeſtat. cap. V. n. 10.* Hoc autem Belli jus omnia, quæ ad armatam Reipubl. tutelam pertinent, totam belli adminiſtrationem, & quæ hinc dependent Bœcler. *Inſtit. Pol. lib. II. cap. 7. & in Not. ad H. Grot. lib. I. cap. III. p. m. 216.* atque adeò & ordinationem Belli Ducis, quo ſine reliqui apparatus inanes forent & fruſtranei, Georg. Obrecht. *Diſſ. de Diſciplin. Militar. n. 115. ſeq.* comprehendit; Unde quam indivulsô nexu

hæc invicem juncta ſint, perpendentes S. R. I. Electores in duplicâ ad Replicam Cæſaream à Limnæ. *in Mantiſſ ad Capitul. Ferdin. II. p. m. 634.* exhibitam, ita loquuntur: Und ſolches umb ſo viel mehr / weilen nach Innhalt unterſchiedlicher Reichs-Abſchiede nicht unbräuchlich / wann vor Jahren ein Regierender Röm. Kayſer ſich mit den Ständen einer Kriegs-Verfaſſung entſchloſſen / **daß dabey zugleich auch deß Feld-Hauptmanns halber berathſchlagt / und gewiſſer Vergleich getroffen worden ꝛc.** wie ſolches in zerſchiedenen Abſchieden mit mehrerem zu finden ꝛc. Quare & in Capitulatione perpetuâ, (quæ Judiciô Bœcleri *de Statu & Regim. S. R. Imp. cap. II.* ad jus belli ſtabiliendum ab Ordinibus in *art. 8. §. 2. Pacif. Cæſar. Suec.* potiſſimùm ſtipulata eſt,) unà cum Belli decernendi Jure, & in Ducis legendi curâ futurus Imperator Ordines confirmat, quando in *art. 4.* ita promittit: auch die Generalität ſampt beſtellten Kriegs-Räthen ſo wohl als das gantze Kriegs-Heer in ſeine (deß Kayſers) und Reichs Pflicht genommen werden: idem & in monitis ſuis ad d. Capit. perpet. *art. 13.* & Leopold. *art. 11.* urſerunt Ordines. vid. Auctor Diarii Europæi *Cont. X. p. m. 93.* clariusque nonnihil Status Evangelici in monitis particularibus *ad d. art. 11.* ibi: ſo viel die Beſtellung eines **Obriſt Feld-Hauptmanns**/ auch aller Hohen und Niedern Officiern betrifft / das Inſtrumentum Pacis die einige norma aller einen Krieg concernirenden Actionen ſeyn ſolle ꝛc. Auth. der Grundveſte *P. III. cap. 3.* add. Lynker. *de Proſecut. Hoſtis Imp. cap. II. §. 5.*

## §. III.

Quod ſi verò ad prima Germaniæ noſtræ incunabula oculos reflectamus, dubium ſuboritur: Anne aliquando priſca Germanorum gens, antequam victricibus Francorum armis ſub unius Imperium venerit, communem, & qui totius Germaniæ Exercitui præfuerit, Belli Ducem legerit? In cujus diſcuſſione pro affirmativâ militat ſolers cæteroquin rerum Imperii indagator Melchior Goldaſtus ab Haimsfeld, quando *in Dedicat. Tom. III. Conſtit. Imperial. ad Jacobum I. magnæ Britanniæ Regem* Germanicas gentes ſub nullô certô aut publicô Imperio, in nationes diviſas, quasque ſuis moribus & conſuetudinibus ſuâ libertate ſub Regum (uti vocat) ſingulorum ditione vixiſſe quidem agnoſcit; (Jung. B. D. Pregizer *Diſſ. prior de Gent. ex Suev. oriund. §. 7. ſeqq.*) Cæterùm ingruente belli tempeſtate, aut neceſſitate quadam exigente, cunctos Reges atque Princi-

pes

pes de Republ. deliberaturos, indictis Comitiis concurrere ſolitos, in commune conſulentes, quid facto opus foret? ac ibi communibus Regum populorumque ſuffragiis Summum Belli Ducem creari ſolitum autumat; Ita à Germanis & Gallis tempore Julii Cæſaris Arioviſtum electum Imperatorem contra Romanos; Ita Auguſti ævo Harminio, Cheruſcorum Regi imperium militare collatum, atque ita Alaricum, Radaguſum Gothos, Godegiſilum Vandalorum, Attilam Hunnorum Reges communi in Comitiis generalibus Germanorum, ſæpè etiam accedente aliorum populorum conſenſu, electos, ac cum ſummâ poteſtate Rei Militari Germanicæ præfectos fuiſſe; Eodem ferè modô, quô Etruſcum morem deſcribit Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib. IV: Etruſcus mos erat*, inquiens, *ut unumquemque Regem Lucumonem antecederet lictor unus, faſcem ferens virgarum & ſecurim, cùm verò conſenſu XII. populorum bellum indiceretur, tradebantur XII. faſces & ſecures Duci, qui Principatum in omnes accepiſſet.* Hæc ille. Sive apud Saxones moris erat, ut nim. bellicô motu ingruente, quem ſors è XII. nobiliſſimis Viris illius gentis deſignaret, hunc omnes agnoſcerent ſuperiorem, & tanquam Ducem ſequerentur, bello autem patratô æqualis potentia ad omnes Satrapas, populo præpoſitos, rediret. Beda *Hiſtor. Eccleſ. Anglican. l. 1. c. 11.* Krantz. *lib. 2. cap. 12.* Reiner. Reinecc. *ad Annal. Anth. incerti de reb. geſt. Caroli M. lib. 1. p. m.* 3. Knichen *de Jure Territor. cap. 1. n. 22. ſeq.* Sed vehementer falli virum rerum Germanicarum aliàs haud imperitum, non abs re judicavit Illuſtr. Maurit. *Diſſ. de Receſſ. Imp. θ. 2.* primùm in eô, quod ab omnibus Germanis electos putat Duces, qui nonnullarum ſolùm nationum conſenſu Principes ipſorum erant: Prudenti namque conſultandi ratione illâ gaviſa haud eſt Germania vetus, quin potius florente Rom. Republ. rari, Tacitô teſte, duabus tribusve Civitatibus ad propulſandum commune periculum conventûs, quare dum ſinguli conſultabant & pugnabant, univerſi ferè victi ſunt. Hinc Romanorum votum, interprete Tacitô, eo tempore fuit: *Maneat duretque gentibus ſi non amor noſtri, at certè odium ſui, quando urgentibus Imperii* (Romani) *fatis, nil jam præſtare fortuna magis poteſt, quàm hoſtium* (Germanorum) *diſcordiam.* Jacob. Brunnem. *Jurisprud. Publ. Diſſert. X. §. 1.* Deinde, quod in Comitiis univerſalibus tactum putat Goldaſtus, quod in particularibus ſolùm illarum nationum, vel nonnullarum imperio & fœdere junctarum Conventibus; qualia exempla ex omni Hiſtoriâ produci poſſunt; vid. ipſum Goldaſt. *Tom. II. Conſtitut. Imperial. cap. VI.* Wahremund ab Ehrenberg

*Me-*

*Meditam. pro fœderib. lib. 2. cap. 2. p. m. 147. ſeq.* Ludolph Hugo *de Statu Region. German. cap. 2. §. 9.* Ita fœdere Rhenano, quod A. 1254. quidam Rheno viciniores Status, quos recenſet Aventin. *Annal. Bojor. lib. 7.* averruncandis, quæ ſingulis ex turbatiſſimô Imperii Statû tùm temporis imminebant, malis pepigerunt, inter alia de eligendô Capitaneô Confœderationis cautum. Lehm. *Chron. Spir. lib. V. cap. 92.* Obrecht *Diſſ. de Imperii Germ. ejusque Stat. fœderib. θ. 14.* Et ex Suevici fœderis præſcriptô pacis & otii tempore omnium Capitaneorum, quorum plures erant, par officium & poteſtas erat, in bellicis autem expeditionibus conſtitutus fuit communis quidam vel Generalis Dux, cui cæteri ſuberant, ne æqualis alias Ducum poteſtas diſcordiæ locum faceret. Dn. Datt. *d. Tr. lib. 2. cap. 25. n. 37. n. 69. ſeqq.*

§. IV.

Cæterùm ſingulæ gentes Germanæ proprios ſuos belli Duces habere ſolebant, & apud iſtas quidem, quibus Reges (licet, uti Tacitus notat, ſuadendi magis auctoritate, quàm jubendi poteſtate) præerant, officium Ducis bellici cum Regio conjunctum, & ab unô plerumque geſtum fuit; Nam ad hoc potiſſimùm ab initio Reges à nonnullis Germaniæ populis conſtituebantur, ut hoſtem á ſuæ civitatis finibus propellerent, aut multitudinem in finitimorum agros educerent; ſicque, inſpectâ rei veritate, Regio nomine nonniſi Imperium bellicum per totam vitam denotabant. B. D. Pregizer *d. Diſſ. θ. 7.* At in cæteris Germaniæ Rebuspubl. Duces, ingruente belli tempeſtate, demum ab univerſô populô eligebantur, habitâ virtutis ratione: Ita Tacit. *de German. cap. VII. n. 1.* add. *Cap. XI. n. 1. Reges ex Nobilitate, Duces ex virtute ſumunt.* Conſent. J. *Cæſar. de Bell. Gall. lib. IV. cap. 23.* Illud ab Andlern *Tom. II. Conſt. Imperial. voce* **Krieg.** *n.* 12. notat, Veteres Germanos paganâ ſuperſtitione motos, aliquando Heroinam aliquam Ducis titulo condecoraſſe, ut hac ratione Palladem aut Bellonam redderent faventem, habentes interim virum aliquem fortem bellique peritum, cujus Imperio gubernarentur, eâ ferè ratione, quâ etiamnum in haſtiludiis aliisque ludicris prælii exercitationibus nobiles athletæ alicui matronæ aut virgini deferre ſoleant præmia, quæ generoſâ dexteritate in feſtivis illis certaminibus conſequuntur; quam Illuſtr. Viri conjecturam ſuo loco relinquimus.

§. V.

Ritum inaugurationis priſcorum Germaniæ Ducum Corn. Tacitus *lib. IV. Hiſt. cap. 15.* occaſione rebellionis à Civili Battavô in Romanos

excitatæ, tractis in ſocietatem belli Caninefatibus & Friſiis, ita deſcribit: *Brinnio ſtolidæ audaciæ Caninefas, claritate natalium inſigni, quippe cujus pater multa hoſtilia auſus, Cajanarum expeditionum ludibrium impunè ſpreverat, igitur ipſe rebellis familiæ nomine placuit, impoſitusque ſcuto more gentis* (non Caninefatis ſolùm, ſed univerſorum Germanorum) *& ſuſtinentium humeris vibratus, Dux deligitur* (totius ſcil. exercitus, quod ex Battavis, Caninefatibus & Friſiis conſtabat.) Nimirum deſigebatur Dux à multitudine in Conciliô delectus ſcutô imponebatur, inque gyrum circumlatus, Dux decreti belli ſalutabatur: Phil. Cluver. *German. Antiq. lib. I, cap. 46.* Conring. *de Ducib. & Comit. Imper. §. 4.* quem eundem morem etiam in Regum conſtitutione à Germanis obſervatum, Gregor. Turonenſ. *lib. II. cap 40.* Clodovæi, Francorum Regis, *& lib. VII. cap. 10.* Gundebaldi exemplis confirmat: à Germanis deinde ad Gothos, teſte Caſſiodor. *var. lib. 10* Romanos & Græcos tranſiit, *Herodian. lib. 3.* Marcellin. *lib. 20.* Zoſim. *lib. III.* Strauch. *Diſſ. ad C. Tacit. German. cap. 6.* Becmann *Synt. dignit. Illuſtr. Part. I. Diſſ. VIII. cap. 2. §. 13. & P. II. Diſſ. X. cap. 2. §. 12.*

§. VI.

Sed Francis deinceps caput paulatim inter Germanicas gentes efferentibus, atque initio non niſi fœderis vinculô combinatis, hoc diverſarum Civitatum Syſtema in reliquis ſuis patuiſſe ſingulas Rectoribus, illa autem negotia, ob quæ hoc corpus extructum, communi ſociorum judicio alligata, & proinde ſi in bellum eundum fuerat, communem aliquem Ducem, tanquam Principem fœderis, cujus imperia omnes ſequi tenebantur, eô modô, quo Caſſiovellauno juxta teſtimonium Cæſaris *de Bell. Gall. Lib. V. c. 11. & 25.* Summa Imperii & belli adminiſtrandi communi conſilio cæterorum Regulorum demandata fuit, creatum conjecturatur Illuſt. Kulpis. *Comment. ad Monzamb. Part. I. cap. 1. §. 3. & 4. p. 30.* Cùm verò paulatim in perpetuam formam hæc abirent, & qui Bellis duntaxat communi conſenſu præfuerant Duces, etiam Pacis negotia involare cœperint, à fœdere ſimplici ad ſpeciem Reipubl. deſcivit hoc civitatum ſyſtema, & poſtquam per duo Secula, ex quo Francorum nomen innotuit, (quod tertio à Chriſto natô Seculo contigit) variè fluctuaſſet, Seculô poſt reparatam ſalutem quintô, Rempubl. ſub unô Rege conſtituit, atque potentiſſimum Francorum Imperium produxit; Quæ verò ſub hoc Imperiô creandorum Ducum ratio fuerit, ex ipsâ Regiminis Francici formâ deſumendum. At de hac inter J. P. DDres non convenit. Bœcler *in vitâ Ca-*

 *roli*

roli *M.* Hulderic. Eyben *in origin. axiom. Tantum poteſt Princeps &c. cap. 3.* Rechenberg. *Diſſ. de Mutat. formæ Statusque in Imper. Rom. Germ. §. 9.* Illuſtr. Dn. Stryk. *Diſſ. de Jure Milit. Imper. cap. 1. §. 4. ſeq.* rationibus non proletariis Regibus Francorum, præprimis verò Carolo M. regium & abſolutum imperium adſcribunt, idque ab effectibus comprobare nituntur; ſolos enim tuliſſe Leges, privilegia ſuo nomine dediſſe, judicia inſtituiſſe, Magiſtratus & Præſides conſtituiſſe, tributa indixiſſe, miſiſſe Legatos, ſacrorum geſſiſſe curam, & Leges Eccleſiaſticas, quæ Capitula appellabantur, promulgaſſe, denique bella ſuſcepiſſe ſolos & finiviſſe, & per conſequens ipſius quoque Belli Ducis legendi arbitrium hujus ſententiæ Patroni Regibus in ſolidum haud dubiè tribuunt; neque enim multum obeſſe putant, quod in Comitiis Regni quædam negotia ad ſummam Reipubl. pertinentia ſubinde propoſuerint, Ordinum enim in iisdem congregatorum conſilium magis expetiviſſe Reges, quam in vim ſuffragii & voti deciſivi ſententiam eorundem admiſiſſe, contrariæ ſententiæ auctores verò ambiguô nominis Comitiorum ſonô & rerum externarum ſpecie deceptos fuiſſe regerunt. Verùm cùm apud Germanos, ex quorum ſinu prodierunt Franci, in univerſum Regium & abſolutum prorſus Regimen nunquam fuerit ſolenne, atteſtante Jul. Cæſare *de Bell. Gall. lib. VI. c. 23.* Conring. *de Republ. Imp. German. Diſſ. I. §. 20. & ad Lampad. part. I. §. 61.* Forſtner *Not. Polit. ad Corn. Tacit. Annal. 13. cap. 54. verb. in quantum Germani regnantur. pag. m. 444.* Hortleder *Commentariol. ad L. Regiam ſive Capitulat ap. Goldaſt. Polit. Imper. Part. XII. p. 612. §. 3.* Lehmann *Chron. Spir. lib. II. cap. IV.* & Franci ſemper de gravioribus Regni negotiis in Comitiis gentis ſuæ ſtatuiſſe legantur, priori ſententiæ calculum noſtrum adjicere veremur; disertè namque Ordinum Imperii Francici non tantùm conſultationi, ſed & deciſioni hujus naturæ negotia ſubjicit Hincmarus, Epiſcopus Rhemenſis *in Epiſtolâ ad Franciæ Epiſcopos,* quam refert Maurit. *d. Diſſ. §. 3.* & enodat Conring. *Diſſ. de Republ. I. §. 30. & 33.* ibi enim *Seniores ad ordinandum minores non ex poteſtate* (Regiâ ſcilicet) *ſed proprio mentis intellectu vel ſententiâ confirmandum conveniſſe,* teſtatur; quô vel ſolô, ſufficienti tamen, teſtimoniô diſſentientium aſſerta diluuntur, pluribusque ex Capitularibus Carolidum depromptis exemplis hoc ipſum ſtabiliunt Schilter *Inſtit. Jur. Publ. lib. I. Tit. XV. §. 3.* Coccej. *Juris publ. Prud. cap. VII. §. 9.* eaque propter Francorum ſub Imperiô ſummam poteſtatem inter Reges & Ordines diviſam, aut certè valdè reſtrictam & limitatam agno-

agnoſcunt Franc. Hotomann. *FrancoGall. cap. VI.* Lehmann *Chron. Spir. lib. II. cap. 37.* Ludolph. Hugo *de Stat. Region. German. cap. I. num. 3. & cap. IV. n. 4. ſeq.* Paul. Hachenberg. *German. Med. Diſſ. I. §. 20.* Conring. *l. c.* Dn. D. Schweder *d. tr. Part. General. cap. IV. §. 7. ſeq.* Jac. Brunnem. *d. tr. Diſſ. X. §. 2.* At quia Regum partes in Republica prævaluerunt, ab horum poteſtate, tanquam potiore & eminentiore, Regiam dici poſſe formam, licet non abſolutam, ſed Procerum & populi poteſtate temperatam, cum Coccejo *d. l.* atque adeò Duces Belli hac tempeſtate in Comitiis Regni à Regibus & Ordinibus conjunctim conſtitutos fuiſſe, arbitramur.

## §. VII.

Quicquid verò hujus rei ſit, illud tamen pernegari fortean haud poterit, ſummum bellicorum negotiorum arbitrium multis retrò ſeculis ad Status Imperii conjunctim cum Imperatore in Comitiis congregatos pertinuiſſe, ſive illud Sanctione Imperii Pragmaticâ, Pace videlicet Confluentiæ inter Ludovicum, Regem Franciæ Orientalis ſive Germaniæ, & Statûs Regni Anno 860. concluſâ *art. X.* in quô conceptis verbis promittit Rex Germaniæ, *ſe communi conſilio* (in Comitiis) *aſſenſum præbiturum &c. in hoc, ut ſic ſint illi fideles & obedientes, veri adjutores & cooperatores &c. vero conſilio & ſincerô auxiliô &c.* cautum, prout ex verbis hujus Pacificationis, quam pro primâ, generali & perpetuâ, ad Succeſſores ipsô jure, licet non ſemper expreſsè, transmiſsâ Capitulatione Germanicâ habet, colligit Schilter *Inſt. J. Publ. lib. I. Tit. III. §. 7. & lib. I. Tit. XV. §. 4.* denique *lib. IV. Tit. XII. §. 4.* ſive ſenſim ſenſimque conſuetudine invaluerit, usque dum poſt longum temporis decurſum Maximilianus I. diſertis verbis hoc Statibus Imperii promiſit: In der Handhabung deß Friedens Rechtens und der Ordnung zu Wormbs de A. 1495. *Rubr.* die Königl. Majeſtät ſoll auch keinen Krieg &c. id quod nonnulli ex eo colligunt, quia in bellô, adverſus Venetos Anno 1509. à Maximiliano I. nomine Imperii inconſultis Statibus ſuſceptô, hi de auxiliô ab eodem rogati, non ad Legem aut Conventionem, ſed ad inveteratam in Imperiô conſuetudinem provocaverint apud Goldaſt. Reichs-Händel. *Part. XII. fol. 400.* ubi ita loquuntur: Ferner ermeſſen die Stände/ als ob ſie dieſer Hülff zu thun nicht ſchuldig wären/ aus vorangezeigten und nachfolgenden Urſachen/ deren die erſte ſeyn ſoll/ daß dieſer Einigung/ Vertrag/ Krieg und Fürnehmen ohn ihr Rath/ Wiſſen und Willen fürgenom̃en und auffgericht/ wie dañ die Noth-



durfft

durfft deß H. Reichs in ſolchen groſſen/ ſchweren und tapffern Sachen höchlich that erfordern/ und alſo im H. Reich/ wo Ihr Hülff begehrt/ löblich Herkommen und Gebrauch ſeye; cùm & cæteroquin ſub Maximiliani I. regimine fundamenta Statûs Imperii, qui hodie apparet, jacta, deinde Capitulationibus & Pacificatione præſertim Weſtphalicâ, totius operis ſtructura abſoluta perfectaque dici poſſit. Rechenberg *d. Diſſert.* §. 24. Kulpis. *de Legation. Stat. Imp. cap. V.* §. 2. in quod nobis heic jam inquirere non vacat, quibus tot exempla Imperatorum, bellum Imperii cum Statuum conſenſu in Comitiis decernentium, ad Belli & armorum indeque pendentem Summi Ducis conſtitutionem toti Imperio vindicandam, ſufficiunt: Ut enim Francos, de quibus egimus, ſilentio transmittamus, Henricus I. teſte Siffrido, Presbytero *Chron. Miſn. lib. II.* Quedlinburgi Curiam ſuam celebravit, & ibidem Principibus convocatis, ipſisque ſingulis & univerſis in ipſum conſentientibus, Poloniam, Bohemiam cæterasque Slavorum adjacentes regiones, qui nondum Chriſti fidem receperant, debellare diſpoſuit. Henricus II. omnium Statuum conſenſu Hungariam Mutius *lib. XIV. ap. Piſtor. Tom. II. p. 24.* Henricus V. Lotharingiam, eodem Mutio teſte *lib. XVI. p. 124.* bello aggreſſus eſt. Pariter quoque bellum contra Colonienſes ſub Philippo Imp. ab Ordinibus Spiræ, expeditionemque in Italiam ſuffragiis Ordinum itidem à Ludovico Bavaro ſuſceptam, refert idem ille Mutius *lib. XIX. p. 117. 312. & 375.* De Fridericô I. Otto Friſing. *lib. II. de Ejusd. Reb. Geſt. cap. VI.* notat, *Eundem Ungaris bellum indicere, ipſosque ad apicem Monarchiæ reducere voluiſſe, ſed cum aſſenſum ſuper hoc Principum quibusdam latentibus ex cauſis habere non poſſet, ad effectum tunc perducere ea, quæ mente volvebat, non valens, ad opportuniora tempora diſtuliſſe.* Unde in inveſtigandâ Juris Belli in Imperio origine ad antiquiſſima tempora paſſim provocant J. P. DDres Limnæ. *ad Capitul. Carol. V. art. 11. p. 184.* Conring. *de Negot. Convent. Imp.* §. 83. Burgoldenſ. *ad Inſtr. Pac. Weſtph. Part. III. diſc.* 2. ab Andlern *Tom. II. Conſtitut. Imper. voce Armada n. 1.* quin & cùm per internecinum, quod Pacificationem Weſtphalicam anteceſſit, bellum ſuper hoc jure voce & ferrô diſceptaretur, paſſimque armata lis conteſtaretur in Imperiô, placuit id ipſum diſertis verbis Ordinibus cum aliis ejusce farinæ juribus in Inſtrum. Pac. Cæſareo-Suecic. aſſerere & novâ quadam Sanctione Pragmaticâ corroborare; Ita enim *Art. 8.* §. 2. diſpoſitum: *Gaudeant ſine contradictione* (diſceptationem inter Maximilianum I. & Ordines Goldaſtus *l. c.* inter Electores & cæ-

cæteros Status in Conventu Deputationis Francofurtano Anno 1643. enarrat, Puſendorf. *de Reb. Suecic. lib. XV. §. 59.* deſcribit, qui & *de Reb. Brandenburg. lib. V. §. 4.* & *§ 26.* videri poteſt.) *jure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii, præſertim ubi LL. ferendæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus & hoſpitationes militum inſtituendæ, nova munimenta intra Statuum ditiones exſtruenda nomine publico, veterave firmanda præſidiis, nec non ubi pax & fœdera facienda &c. nil horum aut quicquam ſimile poſthac unquam fiat, vel admittatur, niſi de Comitiali liberoque omnium Statuum Imperii ſuffragio & conſenſu &c.* Bellum autem decernere ſuô ambitu & ſenſu Legis hæc tria complectitur, *decretum praviâ conſultatione factum, indictionem ſeu clarigationem,* & *adminiſtrationem.* In ſingulis gaudere Status jure ſuffragii nec jura dubitare nos ſinunt, nec uſus, quod in duabus prioribus eò fortius aſſerendum, quò clarius hoc in noviſſimis Capitulationibus, Leopoldinâ & Joſephinâ utriusque art. 13. repetitum; Ultimum verò adminiſtratio ſcil. uti pluribus actibus, qui ſibi invicem ſuccedunt, conſtat, & in varias curas abit, ita ex verbis Inſtrum. Pacis non tàm neceſſariò fluere videtur, ut argui poſſit, ſine quorum conſenſu bellum decerni non poteſt, illud nec ſine illis geri, ſi ſingulorum adminiſtrationem ſpectes, quibus bellum feliciter gerendum opus habet: Poſſunt enim hæc unius fidei & arbitrio exſequenda committi, imò poſſunt patrio more relicta eſſe: jung. Auth. *Obſerv. Select. ad rem literar. Tom. III. Obſ. 8. §. 11. ſeq.* Enimverò ſi ad hunc ipſum morem patrium attendamus, mentem paciſcentium ex veriſimili conjecturâ indagemus, & ex aliis Sanctionibus Pragmaticis, ſi quid fortè deeſſet, ſuppleamus, liquidò conſtabit, Ordines & eorum, quæ ad adminiſtrationem Belli pertinent, participes eſſe; Et uti iidem de militibus conſcribendis, diſciplinâ militari, Judicio militari, Directoribus & Conſiliariis Bellicis, Re Tormentariâ & Commeatu in Imperii Comitiis deliberant, vid. Londorp. *Cont. IX. Lib. X. Num X. N. XIX. N. XXXIII. Part. XI. Cap. LXXXIV. N. LXXIV.* ita quoque Conſtitutionem non tantùm Minorum Belli Ducum Officialiumque Bellicorum, ſed & Summi Militiæ Imperialis Præfecti iisdem competere extra dubitationis aleam poſitum eſt. Londorp. *Cont. IX. Lib. X cap. I.* ubi Civitatum Imperialium Legati ita monent: Es wird die Beſtallung eines Ober-Haupts/ quoad militaria und der Generalität in alle Weg nothwendig und ſolches nomine totius Imperii dieſes Orths (in Comitiis) außzumachen ſeyn ꝛc. Jung. *Cap. XXVII. Num. I. & III. Num.*

 XVIII.

*XVIII*, ibi in Concl. Imperii: Und zwar erſtlich wird der Feld-Marſchalck/ gleichwie Er von der Röm. Kayſerl. Majeſtät und dem Reich zum Feld-Marſchallen beſtellt worden ꝛc. Ita Albertus, Comes Palatinus Rheni & utriusque Bavariæ Dux, Anno 1500. communi totius Imperii conſenſu Summus Militiæ Imperialis Præfectus creatus. R. A. zu Augſp. *de A.* 1500. *tit.* 2. R. A. zu Augſp. *de A.* 1530. *tit.* 120. & noviſſimè Potentiſſimo Electori Brunſvico-Luneburgico, Georgio Ludovico, Summum hoc Belli munus, à toto Imperio delatum fuit, conf. Faber. *d. tr. XI.* Theil. *cap. X.* vid. infra *cap.* III. §. 12. *in fin.* Jung. Excell. Dn. D. Frommann, Patronus atque Præceptor noſter Colendiſſimus. *Diſſ. de Commiſſar. Militar. cap. IV. n. 1. p. 20.* Ut proindè veriſſimè Duces Brunſvicenſes ad Electorem Saxoniæ Anno 1641. referente Auth. Theatri Europ. *Tom. IV. p. 440.* ſcripſerint: Was dann ferner das aller Stände Wohl und Wehe nach ſich führende Jus Belli & Pacis anlangt/ gehört ſolches vermög der Reichs-Abſchied und Königlichen Wahl-Capitulation ohnſtrittig vor die geſampte Reichs-Stände/ inmaſſen ſolches das Chur-Fürſtl. Collegium ſelbſt in ſeinem Anno 1630. d. 19. Jul. übergebenen Gutachten gern geſehen/ urgiert/ und auff die dahin gehörige Fragen/ als eine das gantze Röm. Reich und deſſen Ständ berührende Sach/ welche von vorigen Kayſern auch jederzeit auff allgemeinen Reichs-Verſammlungen proponirt und tractirt worden/ für ſich abſonderlich und ungehört der andern Ständen nichts erklären wollen. Conring. *de Negot. Convent. Imp.* §. 84. & *de Comit. Imp.* §. 32. *in fin.* Vitriar. *Inſt. J. P. lib. IV. tit.* III. §. 4. Rhet. *Inſt. Jur. Publ. lib. I. tit. IV.* §. 63. Lampad. *de Republ. part. III. cap. XIX.* §. 16. Strauch *Diſſ. Exot. IV.* §. 19. & *Inſt. Jur. Publ. part. I. Tit. VI. pr. ſeq.* Obrecht. *de Unitat. Reip. in Imp. R. G. cap.* II. §. 16. Coccej. *Jur. Publ. Prud. cap. XXIII. Sect. I. cap.* II. *n.* 133. D. D. Schweder *Introd. ad J. Publ. Part. Spec. Sect. I. cap. XXVI. n. 1. ſeq.*

## §. VIII.

Cùm verò in Comitiis Imperii Statûs haud ſemper in unam eandemque perſonam amicè conſpirare, ſed propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem. *l. 17. §. 6. π. de Recept. qu. arbitr. recep.* in diverſas quandoque ſententias abire ſoleant, quæſtio conſurgit: *Anne unanimia noſtrum Belli Ducem Generalem deſignare debeant vota? An verò majora reliquis uti numerô, ita & auctoritate prævaleant, atq; ad ejusdem conſtitutionem ſufficiant?* Et verò ut in omni omninò conſociatione

ea

ea credenda eſt voluntas fuiſſe in ſocietatem coëuntium, ut ratio aliqua eſſet expediendi negotia, ita manifeſtè iniquum eſt, ut pars major ſequatur minorem, quare uti non inſtitutô demum civili, quod Hobbeſio *de Cive lib.* VI. *cap.* 20. & Pufendorfio, *de J. N. & G. lib.* VII. *cap.* V. *§.* 20. viſum, ſed jure naturæ ſancitum, ita Sanctionibus Pragmaticis & obſervantiâ in Imperio roboratum eſt, ut in Comitiis pars major jus minoris ad ſe trahat, & jus integri conſequatur. Hug. Grot. *de J. B. & P. Lib.* II. *cap. V. §.* 17. quemadmodum Matthias Imp. in Comitiis Anno 1613. referente fide Authoris deß Gründlichen Berichts ꝛc. *Cap. VII. n.* 67. *ſeq.* Arumæô *de Com t. cap. VIII. num.* 82. *ſeq* ad inſtantiam Evangelicorum reſcripſit: Es ſollen durch die Particular-Urſachen die gemeine Deliberationes billich nicht gehindert werden / indem der Natur / aller Völcker Recht / der Guldenen Bull / denen Reichs-Conſtitutionibus, und dem richtigen Herkommen gemäß / daß in dergleichen Berathſchlagungen die majora die wenigere an ſich ziehen: Atque ita exſertis verbis *A. B. cap. IV.* diſponitur, *ut poſtquam major Electorum pars* in Comitiis Electoralibus *Imperatorem elegerit, talis electio perinde haberi ac reputari debeat, ac ſi foret ab ipſis omnibus, nemine diſcrepante, concorditer celebrata.* Rümelin *ad A. B. Diſſ. III. th.* 8. & ibi Myler *in Addit.* huicque diſpoſitioni non tantùm in Electione Imperatoris, ſed & aliis negotiis Imperialibus ſtandum eſſe, Conſtitutiones Imperii paſſim inculcant R. A. zu Trier und Cölln *de A.* 1512. §. Es ſöllen auch die Chur-Fürſten ꝛc. 7. *ibi in fin.* Und was dieſelbe / ſo erſchienen ſeynd oder der mehrere Theil aus Ihnen ꝛc. derhalben auffgericht / und obberührter maſſen endlich berathſchlagen und beſchlieſſen werden / dem ſoll von allen Ständen gefolgt / nachkommen und vollſtreckt werden ohne alle Widerred und Weigerung ꝛc. gemina traduntur in R. A. zu Worms *de A.* 1512. §. Würde ſich auch ꝛc. 12. ibi: ſo durch den mehreren Theil beſchloſſen wird / Folge thun ꝛc. R. A. *de A.* 1576. §. Da dann die Sachen ꝛc. 98. Tob. Pfanner *Hiſt. Pac. Weſtph. lib.* 2. §. 71. & *lib.* 3. *§.* 1. Cui & in Electione Summi Militiæ Imperialis Præfecti ex eo quoque locus dandus erit, quod in hoc Electionis negotio Status non ut ſinguli, ſed ut univerſi ſive ut Collegium conſiderari debeant, & proinde votorum pluralitati auctoritas ſua ſalva ſit. arg. *J. P. Cæſareo-Suecic. art.* 5. *§.* 19. *ibi: in cauſis religionis, ubi Status tanquam unum corpus conſiderari nequeunt &c. ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, non attentâ votorum pluralitate &c.* Add. Loſæ. *de Jur. univerſit. part.* 1.

cap. 3.

*cap.* 3 *n.* 51. *ſeq.* Bodin. *de Rep. lib.* 3. *cap.* 7. Strauch. *Diſſ. Exot.* 7. §. 1. *ſeq.* Conring *de Comitiis Imp.* §. 55. Kulpis. *ad Monzamb Part.* 2. *cap.* 5. §. 26. Mulzius *Repræſ. Majeſt. Imperator. part.* 2. *cap.* 5. §. 2. *num.* 122.

## §. IX.

Uti autem votorum pluralitas in tribus iſtis Imperii Collegiis, eousque haud dubiè obtinet, ut ſi plura unius Collegii membra in unâ eademque Ducis perſonâ concurrunt, Concluſum Collegii in hujus favorem ritè formetur. add. Conring. *d. l.* Sic enim cùm Anno ſuperioris Seculi LXIV. in Comitiis Ratisponenſibus ſuppetiæ contra Turcas ab Imperio in Hungariam decernerentur, & de hujus expeditionis Summo Duce in Collegio Principum deliberaretur, in diverſas inclinabant perſonas vota iſtius Seſſionis; alia enim, uti Magdeburgenſe & Veldentinum, huic muneri obeundo deſignabant Wilhelmum Fridericum, Electorem Brandenburgicum, alia ut Neoburgicum, Principem Sultzbacenſem, alia, ut Altenburgicum, Generalem Sparrium, alia, ut Palatino Lauterenſe, duo, alterum Pontificiæ Religioni, Proteſtantium alterum addictum præoptabant, ſed majora his prævaluerunt, quibus Leopoldus Wilhelmus, Marchio Badenſis, Concluſô iſtius Collegii pro electô habitus, mox tamen & à reliquis Imperii Collegiis & Imperatore itidem electus, & ſic Dux Belli Summus à totô Imperiô conſalutatus fuit, referente Auth. Diar. Europ. *Cont. X. ad A.* 1664. *menſ. Febr. p.* 81. *ſeq.* pariter cùm ex eadem domô, Heroum ferace, Fridericus, Marchio Durlacenſis Anno 1672. eligeretur, quosdam Bavariæ Electorem, alios Electorem Brandenburgicum, alios Fridericum, Würtembergiæ Ducem, alios Comitem de Waldeck, hujus muneris dignos cenſuiſſe, & in ſuis votis nominaſſe, refert Balth. Venator *ominoſ. Rer. Ser. Serie Cont. V. pag.* 26. Ita gravior quæſtio conſurgit: *An hæc votorum pluralitas & in ordine quoq; ad Collegia, & inter ipſa valeat, ita ut concordibus duorum Collegiorum ſuffragiis, tertiô quantumvis diſſentiente, in Ducem deſignatus, pro eo, ac ſi ab omnibus Ordinibus electus ſit habendus?* Equidem citra hæſitationem Lampadius *de Rep. part. III. cap VIII. n.* 12. & Paurmeiſter *de Jurisdict. lib. II. cap. II. n.* 45. ubi & Autorem Autonomiæ ſibi conſentientem adducit, ea, in quæ duo ex tribus Imperii Senatibus convenerunt, pro eô, ac ſi ab omnibus actum ſit, arg. *l.* 3. & 4. *ff. Qu. cujusque univerſ. nom.* haberi, exque horum ſententiâ Placitum Ordinum, das Reichs-Gutachten condi debere, aſſerunt. Arumæus verò *de Comit VII. n.* 151. in reſpectu ad Civitates Imperiales, anne uni ex

Supe-

Superioribus Collegiis diſſentientibus accedentes majora vota efficere poſſint? ex lubricô fundamentô non competentis huic Civitatum Collegio voti deciſivi, cui reclamat Inſtr. Pac. *art.* 8. §. 4. negavit: Alii verò dubitarunt quam maximè. vid. Textor *de Ration. Stat. cap.* 13. *p. m.* 335. *ſeq.* Et quanquam non tantùm ad tranquillitatem Civitatis cujusque, ſed & potiſſimùm Statûs Polyarchici apprimè conducat, definiri, quorumnam ſuffragia jus majoris partis obtinere debeant? Bœcler *Diſſ. Academ. V. p. m.* 300. *& paſſim*; attamen in noſtrô Imperiô Rom. German. circa hanc controverſiam nil certi in Comitiis definitum, imò licet à multis deſideraretur, eandem ne quidem publicè propoſitam & deciſioni totius Imperii ſubmiſſam fuiſſe, ex ſilentiô Actorum Comitialium colligitur. Interim pro affirmativâ, cui ſubſcribit quoque Kulpis *Diſſ. de Placit. Ordin. Imper.* §. 14. in Comitiis Anno 1654. cùm, diſſidentibus ſuper certô quodam articulô Electorum & Principum Collegiis, Civitatum deinde Collegium Electoribus accederet, Directorium pronunciavit: Was den andern Puncten betreffe/ weilen die Städte mit der Chur-Fürſten Meynung überein kämen/ ſo gebe es die majora inter ipſa Collegia, und wäre demnach nunmehro deß Reichs Gutachten abzufaſſen. Auth. der Grundveſte. *Part. II. cap.* 8. *in fin.*

§. X.

Licet autem contingeret, omnes tres Ordinum Claſſes in perſonâ Ducis Belli Generalis convenire, nondum tamen ad Summum Militiæ Imperialis Præfectum, de quô nobis ſermo eſt, iſta ſufficiunt: quamvis enim Statûs Imperii pro veris & principalibus concauſis libenter agnoſcamus, non tamen illi Cauſam Efficientem ſolitariè conſtituunt, & totum hoc Electionis negotium abſolvunt: Neque quod lapideus ille Hypolith. à Lapide *de Ration. Stat. Part. I. cap.* 4. *ſect.* 2. *& cap.* 14. *in fin.* ſubtilius, quam verius, acerbô in Domum Auſtriacam odiô protrudit, multùm moramur; Ipſe enim peſtilentiſſimô per totum libellum ſuum diffusô errore, quæ arctiſſimè invicem connexa ſunt, atque Subjectum Majeſtatis proprium in noſtrâ Republ. junctim conſtituunt, Imperium ſcil. & Imperatorem divulſit, & quæ hisce ſimul competunt, ſoli Imperio liberaliſſimè donavit, Imperatori autem nefariô auſu omnem detraxit Majeſtatem, è ſolio Cæſareô in Miniſtri, Directoris & Præſidis Imperialis ſubſellia detruſit, omnem vim Comitiorum in Ordinum manu ſitam eſſe, multoque magis, Imperatore ab his diſcedente, horundem ſententiam Comitialis Decreti vim habere auſus eſt pronunciare, ſeptemque undique conquiſitis rationi-

bus ſtabilire d. *Part. I. cap. 4. ſect. 4.* Unde mirum non eſt, Eundem
*Part. II. cap. 10.* electum à ſolis Ordinibus Generalem Belli Ducem pro
Summô totius Imperii Præfectô Militari habere. Verùm uti à veritate, ita
à praxi in hanc usque diem longè aliena hæc ſententiarum monſtra eſſe,
rectè Bœcler. *in Not. & Animadverſ. ad ejusd. Part. II. cap. 4. ſect. 4.*
cenſet: Et illud quidem ex eo, quia Imperator quidem totius Imperii jus
non obtinet, ſed nec Imperium ſuô capite truncari, & Imperator, qui in
Republ. Rem. Germ. Majeſtatis particeps, & Ordinibus non auctoritate
ſolùm præeſt, ſed & in multis ſolus Imperium propriè dictum habet, ab
Imperiô planè dependere, citra manifeſtam injuriam & veritatis præjudi-
cium dici haud poteſt: Kulpis. *ad Monzamb. part. II. cap. 6. §. 4. ſeq.* D.
Lynker *Diſſ. de Formâ ſive Statu Imp. cap. II. lit. D. p. 12. ſeqq.* Praxin
verò in Imperiô receptam ſi ſpectemus, eandem pariter Hypolithi aſſertis
refragari deprehendemus: etiamſi enim inter tria Imperii Collegia de cer-
tô quodam Duce convenerit, nondum tamen omnibus numeris abſoluta
eſt ejusdem Electio, ſed Imperatoris ſententia prius exquiritur, & tùm de-
mum, ſi hæc ipſa Placitum Ordinum approbaverit, Concluſum totius Im-
perii formatur, & totum negotium ad umbilicum deducitur. Neque aliud
in ore habent R. I. qui de hoc officiô diſſerunt, quando non ſolis Statibus,
ſed & Imperatori ejusdem diſpenſationem paſſim adſcribunt. R. A. de A.
1530. §. Und damit ſolch eylend Hülff ꝛc. 120. ibi: auff Unſer (Impe-
ratoris) auch Chur-Fürſten/ Fürſten und Stände erſuchen/ und Uns
(Imperatori) und denſelben zu gehorſamen freundlichen gefallen/ auch
dem Reich zu gut die Hauptmannſchafft übernommen; Jung. R. A.
de A. 1522. §. Item ſollen auch ꝛc. 8. R. A. zu Speyr de A. 1542. §.
Alſo haben wir ꝛc. 24. ibi: Welcher auch auff Unſer und gemeiner
Stände Erſuchen und Bitten/ der Kayſerl. Majeſtät und Uns zu
gehorſamen und freundlichen gefallen/ auch dem Reich zum guten und
in Anſehung dieſes Chriſtlichen nothwendigen Wercks die Haupt-
mannſchafft übernommen ꝛc.

## §. XI.

Quin ex contrario non deſunt argumenta, quibus ſoli Imperatori hæc
Summi Militiæ Imperialis Præfecti conſtituendi poteſtas defendi poſſet:
Nam I. niſi quis negare malit, Summi Belli Ducis Officium Dignita-
tem quandam adjicere, ad fontem omnium Dignitatum in Imperiô, Im-
peratorem videlicet aſcendendum, & ab Ipsô eôque ſolô hæc militaris Di-
gnitas repetenda erit; In tantum enim de Reſervatis Imperatoriis Digni-
tates

tates in Imperiô noſtrô profluunt, ut ne quidem omnibus Ordinibus, junctim in Comitiis congregatis, de Dignitatibus jure Majeſtatis ſeu Superioritatis ſtatuendi jus ſit. Paurmeiſt. *lib. I. de Jurisd. cap. 2. n. 3.* Matth. Stephan. *lib. II. de Jurisdict. part. 1. cap. 1.* Roſenthal. *de feud. cap. II. concl. 2. qu. 3.* Lampad. *de Republ. part. III. cap. 13. §. 6.* id, quod & Evangelici Status in ſuis gravaminibus apud Londorp. *Cont. V. cap. 115.* agnoverunt: Wie man ſich gnugſam erinnere / daß die poteſtas oder das Regale conferendi Dignitates Kayſerl. Majeſtät allein zuſtehe / und ein annexum dero Kayſerl. Majeſtät und Hoheit ſeye ꝛc. II. Etiamſi bellum totius Imperii ſuffragiis decernatur, uti ſupra innuimus, attamen in illô adminiſtrandô potiores eſſe Imperatoris partes, & ad ipſum ſummam directionem pertinere, ſæpè in Comitiis à Statibus & ipsô Cæſare inauditum. vid. Hypolith. à Lapid. *d. tr. part. II. cap. 7. ſect. 8.* Author deß Vorſchlags / wie die Reichs-Armee einzurichten. apud Londorp. *Cont. XI. cap. 84. ubi n. 26.* Was das Commando und Operationes anlangt / gleichwie ein Römiſcher Kayſer deß Reichs Herkommen und deſſen Satzung gemäß beſtändiger Feld-Herr iſt; Alſo kan auch Jhro Kayſerl. Majeſtät das völlige Directorium über das Kriegsweſen ſolcher maſſen nicht diſputiret werden ꝛc. Wollte dann ein und der andere Chur- und Fürſt bey oder an der Armee commandiren / müßte es nothwendig unter obiger Diſpoſition geſchehen ꝛc. Et ipſius Cæſaris Legati Plenipotentiarii in Congreſſu Pacis Noviomagenſis jactare non dubitarunt, in bellis Imperii moderamen penes Cæſarem eſſe, utpote qui Imperii perſonam referat. Sam. Pufendorf. *Rer. Brandenburg. lib. XV. §. 42.* Uti enim Imperatori in omnibus negotiis Comitialibus conceſsô jure directio jure Majeſtatis competat, ita nec in bellicis curis ei negari eandem poſſe, concludit Mulz. *Repræſent. Majeſt. Cæſar. Part. II. cap. 5. n. 67.* Quibus & III. accedit, quod Imperatori, nullâ Statuum mentione factâ, in Capitul. Leopold. *art. 40.* Joſephin. *art. 39.* & anterioribus quoque Capp. facultas ordinandi Magiſtratus Imperii, die Beſtellung der Reichs-Hoff- und Kriegs-Aempter. Rhet. *Inſt. J. P. lib. I. tit. 4. §. 63.* adſcribi videatur: Ex quâ belli adminiſtrandi poteſtate officiorumque Imperii diſpenſatione Cæſari aſſertâ Ducis legendi quoque jus eidem haud denegandum foret. Verùmenimverò tanti hæc non ſunt, ut in ſolius Imperatoris manibus munus hoc belli ſummum ſitum eſſe pronunciari poſſit. Primò enim Dignitatum conferendarum poteſtas, quæ Imperatori reſervata in Imperiô eſt, nonniſi ad nudos merosque titulos externosque honores per-

tinet: Oldenburg. *Limnæ. Enucleat. lib. I. cap.* 18. §. 16. Hermes. *Faſcic. J. P. cap. XI.* §. 19. Lampad. *de Republ. part. III. cap.* 13. §. 7. Jac. Brunnemann. *d. tr. Diſſ. V.* §. 7. Qualisqualis autem Dignitas ab Imperatore conferatur, nil tamen prætereà poteſtatis cum illâ dilargitur Cæſar, ne quidem ſi Ducis, Principis aut Comitis titulum cuidam adjicit, auctum ſic honorem jura Imperii Statûs ſequuntur, ad hoc enim Statuum Imperii conſenſus requiritur. Limnæ. *lib. I. J. P. cap. 7. n. 79.* Myler ab Ehrenb. *de Principp. & Statib. Imp. part. I. cap. 10. §. 10.* ſed nec Imperator jura ſibi reſervata ad ea quoque porrigere valet, in quorum conſortium Status Imperii ſemel admiſit, quæque in Comitiis communi conſenſu definiri debent: Supra autem evictum eſt, Summi Militiæ Imperialis Præfecti conſtitutionem eò pertinere, minùs rectè proinde obtentu juris conferendi Dignitates Officium, quod non meram Dignitatem, ſed armorum regimen confert, Imperatori vindicabitur: Et licet Imperium aliquando Belli ab ipſo decreti adminiſtrationem & directionem in Imperatorem devolverit, aut Statûs Imperii, conſortio directionis Rerum bellicarum ſibi ſervatô, ſupremam Directionem, die Ober-Direction Imperatoris eſſe voluerint, prout ex Reſolutione Cæſareâ in puncto Armaturæ ap. Londorp. *Cont. IX. cap. 27. n. 3.* patet, ibi enim Imperator ita loquitur: Ihro Kayſerl. Majeſtät haben ſodann gern geſehen/ daß die Stände den Ihro/ als dem Ober-Haupt/ geziemenden Reſpect in acht genommen/ und darinnen geſchloſſen/ daß die Reichs-Armada unter dero Kayſ. Ober-Direction ſtehen ꝛc. allermaſſen dann aus denen Reichs-Abſchieden ſattſamlich zu erfinden/ was für eine groſſe Confidenz hierinnen die Stände zu Ihro Majeſtät gechrtiſten Anteceſſorn getragen/ und Sie ſich dahero in gegenwärtigem Fall an ihrem höchſten Orth eines gleichen verſichert hielten: Jung. Londorp. *d. l. n. 2. & cap. 1.* vid. Mulz. *d. tr. Part. XI. cap. 5. §. 301. num. 65.* id tamen omne ex benevolentiâ Statuum proficiſci, vel ipſe Imperator non unô in locô lubens agnovit, eoque nomine gratias iisdem egit. R. A. de An. 1566. §. Nachdem ferner ꝛc. 51. & de A. 1594. §. Und wiewohl Wir ꝛc. neque ex hac directione & adminiſtratione belli, (cujus fines cautè regendos, neque temerè proferendos, monet Dn. D. Schweder *d. tr. part. ſpecial. ſect. I. cap. 26. §. 3. in fin.*) Summi Ducis conſtitutionem facilè exſculpſeris, aut libera planè Magiſtratus Imperii conſtituendi facultas Capitul. Leopold. *art. 40.* Joſeph. 39. Imperatori tributa cenſeri, ſed potius, quod Electionem Summi Ducis attinet, de caſu permiſſi ab Imperiô Cæſaris arbitrio hujus nego-

tii

tii intelligi debent. Jung. Mulz. *d. tr. part. II. cap. 5. §. 2. num. 125. ſeqq.*

§. XII.

Et hæc in bellô Imperii offenſivô ſine dubiô procedunt, ſed ſi hoſtis externus infeſta ex improviſo Germaniæ inferat arma, atque fines ejusdem ingreſſus latè in Imperiô graſſetur, hic ad Comitia deliberationem ſuper defenſione rejicere, indeque Ducem lentô nimis gradû incedentem expectare, hoſtile conſilium foret; unde ne intra deliberationis Comitialis moras pereat fortean Saguntus, in tali patriæ calamitate, ubi exitium & publica ſervitus propulſanda, ex morâ autem periculum imminet Reipublicæ, Imperator, Electorum aſſenſu tantummodo impetratô, Imperii nomine arma armis opponere poteſt: Berger *Diſſ. de præcip. Elector. prærogativ. §. 34.* id quod in omnibus Capitulationibus diſertè expreſſum. vid. Capitul. Car. V. *art. 11.* Wir ſollen und wollen Uns auch in Zeit bemeldter Unſerer Regierung friedlich und nachbarlich gegen den anſtoſſenden und Chriſtlichen Gewälten halten/ kein Gezänck / Fehde noch Krieg in-oder auſſerhalb deß Reichs von deſſelben wegen anfahen oder unternehmen ꝛc. ohne Vorwiſſen / Rath und Bewilligung der Reichs-Stände/ **zum wenigſten der Sechs Chur-Fürſten** ꝛc. conf. Auth. der Grundveſte *part. III. cap. 3. n. 3.* Et ſanè niſi Imperatorem deterioris conditionis eſſe velimus quovis inferiore & planè dependente Magiſtratu, quem hoc in caſu populum ſibi creditum bellô tueri poſſe adſtruit Hug. Grot. *de J. B. & P. lib. I. cap. 3. §. 4.* eadem Imperium defendendi poteſtas Cæſari aſſerenda venit; Quibus omninò conſequens eſt, caſu iſtô neceſſitatis extraordinariô Imperatorem uti ſolis Electoribus conſultis publica Imperii arma ad hujus tutelam expedire poteſt, ita & exercitui Imperiali Summum Ducem, accedente nonniſi horum ſuffragiô, præficere poſſe. Quin etſi periculum (uti plerumque ſolet) tàm præſentaneum ſit, ut ne Electores quidem conſulere permittat, ſolus Imperator Exercitui Imperiali, jam ſub ſignis ſtanti, tantiſper de Capite providere, & deinde ad Statûs Imperii eorum approbationis conſequendæ ergò referre poterit, uti ex Decreto Ratificationis Cæſareæ, quod infra *cap. III. §. 12.* exhibebimus, colligere datur. add. Dn. Stryk. *de Militiâ Imperiali cap. II. §. 9.*

§. XIII.

At verò, ſi Imperatorem fortean abeſſe, vel morbô animi detineri contingat, reditum aut reconvaleſcentiam ejusdem expectari, res ipſa haud patitur, ſed illud ſaltem inſpicitur: *anne Imperium Regis Rom. electio-*

*ne ſibi proſpexerit, nec ne?* Sin illud factum, Dux Belli in Comitiis à Rege Romanorum convocatis, quibus & ſuô & Imperatoris nomine præſidet, vid. R. A. zu Speyr. de A. 1542. §. So hat dem allem nach ꝛc. 3. eodem, quô antea diximus, modô eligitur. Eſt enim vivô Imperatore electus Romanorum Rex non tantùm deſignatus Succeſſor Imperii, ſed & præterea ſalvâ Capitulatione Coadjutor ſubſidialis Imperatoris abſentis vel impediti. Brautlacht *Epitom. Juriſpr. publ. lib. III. cap. 3. §. 6. ſeq.* Gaſtel *de Statu Europ. noviſſ. part. II. cap. 8. n. 3. ſeq.* Kulpis *Poſit. J. P. de Imperat. Rege Roman. & Vicar. θ. 17. lit. m.* Maurit. *in not. ad art. 36. Capit. Leopold.* verb: auch bey Lebzeiten deß Kayſers ꝛc. Text. *Jur. Publ. Cæſar. tit V. num. 70.* Et quamvis expreſſum Imperatoris mandatum ad Vicariatûs hocce munus gerendum Eundem opus habere contendant Paurmeiſter *de Jurisdict. lib. II. cap. 5. n. 9.* Coccej. *Juriſpr. Publ. cap. VIII. n. 28.* quibus cum aliis noviſſimè congeſtis applaudit Cottrej. *Obſ. ad Concord. Nation. German. n. 65.* quam exhib. *Corp. J. P. Tom. I. Part. 5.* huicque ſententiæ Rec. Imp. Spir. de A. 1542. ſuffragari videatur, (In Comitiis enim Spirenſibus ejuſdem anni à Ferdinando I. t. t. Rom. Rege unà cum Commiſſariis Cæſareis in Summum Militiæ Imperialis Præfectum electus eſt Marchio Brandenburgenſ. Joachimus, idque fatentibus iisdem in §. 24. d. R. aus ſonderbahrem Ihro Kayſerl. Majeſtät Befehl ꝛc.) Attamen Rex Rom. vel generale mandatum per electionem conſequitur, ut novô atque expreſsô ad ſingulos actus Imperatorios non indigeat, cenſente Lynker. *Diſſ. de Reg. Roman. lit. f.* Textor *l. c.* vel potius nudus mandatarius non eſt, ſed Rex quoque, qui tanquam Ordinarius Vicarius motû propriô munia Imperatoris obire poteſt, ſed tamen ut & hoc caſu vices Imperatorias gerere dicendus ſit, Maurit. *d. l.* Quicquid autem hujus rei ſit, illud omninò conſtat, Regis Roman. Regimen Vicarium anguſtioribus cancellis, quàm Imperatoris, regulariter non coerceri, iſtoque exiſtente, jura Electorum Vicariorum quieſcere; Generalis enim & Unicus per totum Imperium Vicarius Imperatoris paſſim audit. Louis du May *Etat de l'Empire Dial. II. pag. 96.* Horn. *Jur. Publ. cap. XXI. §. 2.* Pfeffinger *ad Vitriar. Inſt. Jur. Publ. lib. I. tit. 11. §. 2. lit. a.* Unde Limnæi *ad Capitul. Reg. Ferdinand. III. art. 15. voce* ins künfftig/ generali nimis effato, Regem Romanorum, vivo Cæſare, rei bellicæ diſpoſitioni ſeſe immiſcere haud poſſe, aſſentiri vix poſſumus: nullibi enim eidem hujus poteſtatis quid ſubtractum. Lynker *d. Diſſert. lit. e.* aut in *d. art. 15.* Capitulat. Ferdinandeæ, Imperatore abſente aut impeditô, Ipſi Vicaria po-

poteſtas abrogatur, ſed quia poteſtas, quæ eidem ex Electione competit, certo cuidam modo & tempori, mortis ſcil. Imperatoris, adſtricta, hâc demum eveniente, partium Imperatoriarum functionem in eundem pleniſſimè transfert. Ferdinandus hunc deferendi ſibi imperii caſum in *d. artic.* 15. unicè ſpectavit quidem, & verba futuri temporis, ins künfftig eò direxit, ſed verò caſum abſentis aut impediti Imperatoris iisdem haud comprehendit, eaque propter Vicario illius temporis Regimini renunciaſſe cenſendus haud eſt; Et proinde, ratione belli idipſum exigente, in Comitiis Imperii ab Ipsô convocatis Summum Militiæ Imperialis Præfectum eligi poſſe, haud dubitandum; Ita cùm Carolus V. Anno 1542. in Africam adverſus Barbaros bellatum trajiceret, & intereà Turca in Hungariam irrumperet, Ferdinandus I. tùm temporis Roman. Rex Comitia Spiræ Nemetum indixit, in quibus totius Imperii conſenſu Joachimum Marchionem Brandenburgicum in Ducem Exercitûs Imperalis electum fuiſſe, ex ſupra citat. R. I. Spir. de A. 1542. §. 24. Alſo haben wir ꝛc. zum Oberſten Hauptmann erwählt ꝛc. diſpaleſcit.

§. XIV.

Quod ſi tamen Rege Romanorum deſtituatur Imperium, aut forſan ipſe quoque Imperatorem abſentem comitetur, aut aliter Vicarium Regimen exercere impediatur, proximum eſſe videtur, ut Vicarii Imperii in convocandis Ordinibus & conſtituendô Summô Militiæ Imperialis Præfectô vices Imperatoris ſubeant: Et cùm Sereniſſimis Electoribus Saxoni & Palatino, vacante ſoliô Cæſareô, per tempus interregni quidem, habenas Imperii commendaverit *A. B. cap. V.* de caſu autem abſentiæ ibidem altum ubique ſilentium, Palatinus ſpeciali privilegiô à Ruperto Imperatore Anno 1401. impetratô, quod refert Goldaſt. *Tom. I. Conſt. Imperial.* *p.* 381. & Freher. *Orig. Palatin. part. I. cap.* 16. Jung. Dn. D. Schweder *Diſſ. de Sereniſſ. Comit. Palatin. Rheni Singular. Jurib. & Prærogativ.* θ. 19. ſibi & in hunc caſum proſpexit, quamvis diſpoſitionem A. B. ex rationis, quæ tàm in caſu abſentis, quàm mortui Imperatoris obtinet, paritate ad utrumque extendant Bodin. *de Republ. lib. I. cap.* 9. §. 128. Buxtorff. *ad A. B. concl.* 54. *lit. D.* Arumæ. *Diſc. III. ad A. B.* θ. 31. Rümelin *ad A. B. Diſſ. IV. p.* 1. Brautlacht *d. tr. lib. III. cap.* 3. §. 10. Thulem. *de Octovir. cap. XXII.* §. 13. *ſeqq.* Crüger *de Novemvirat. Part. Spec. Membr. II. Diſc.* 19. §. 2. & noviſſimè cum aliis, quos producit, Joh. Erneſt. Kregel *Diſſ.* Lipſiæ habitâ *de Vicar. Saxon. in caſu Abſentiæ Imperat.* θ. 18. *ſeqq.* Attamen non adeò firmô ſubſiſtere talô hanc ſententiam,

tiam, ea, quæ Dn. D. Schweder *in d. Diſſ. θ. 19. & in Introduct. ad J. P. Part. ſpecial. Sect. I. cap. 33. num.* 6. docet, ſatis evincunt. Si itaque à Palatino tempore abſentiæ Imperatoris Comitia Imperii convocentur, in iisdem Summum Belli Ducem validè conſtitui, parùm omninô dubii habet; Idem quoque dicendum, ſi Palatinô Imperatorem extra Germaniam progredientem fortè comitante, aut (relictis nonniſi infantibus & pupillis vicariæ Imperii adminiſtrationis incapacibus) mortuô, vel conſentiente vid. Tolner. *Hiſtor. Palatin. cap. 4. p. 121. ſeq.* Dn. D. Schweder *l. c.* alii ab Imperatore conſtituti fuerint Vicarii; hisce enim Comitia itidem convocare, & de bellicis rebus in iisdem cum Ordinibus ſtatuere, ſicque & Ducem Summum legere licere, perſuaſum habemus.

§. XV.

*Vacante* autem *per mortem aut aliis modis thronô Cæſaraô, ad quosnam jura Vicariorum ſpectent?* minus controverſum, Palatino enim & Saxoni hanc curam per Germaniam ab antiquô incumbere conſtat, Brautlacht *d. tr. lib. III. cap. 3. n. 9.* Gaſtel *d. tr. cap. VIII. n. 5. ſeq.* Vitriar. *Inſt. Jur. publ. part. I. lib. 1. tit. 11. §. 3.* Kulpis. *d. Diſſ. θ. 18.* hosque eo tempore, quo Vicariatum gerunt, non minus juris habere, quàm ipſum Imperatorem, niſi quædam ſpecialiter eidem denegaverit Imperium, communis J. P. DDrum Schola hactenus pro regulâ habuit, per text. in A. B. *cap. 5. ibi: feudis Principum duntaxat exceptis &c.* Mager à Schönb. *de Advocat. Armat. cap. IX. n. 712.* Buxtorff. *ad A. B. concl. 71.* ubi plures adducit. Schüz. *Colleg. de Stat. Rei Roman. vol. I diſp. 5. θ. 12.* ubi Martam Neapolitanum & Matthiam Stephani pro hac ſententiâ nominat. Hulderic. Eyben *vol. II. Colleg. Schüzian. Diſp. 10. θ. 2. p. 588. ſeq.* ubi Limnæi argumentis occurrit: Rümelin *ad A. B. Part. I. Diſſ. 4. θ. 15.* Dieter. *ad eand. cap. 5. verb. judicia exercendo &c.* quam etiam ad Reſervata Imperatoris extendere nil omninô prohibet, Rümelin & Buxtorff. *ad A. B. l. c.* Thulemar *d. tr. cap. XXII. §. 19.* Titius *Specim. Jur. publ. lib. V. cap. 9. §. 12.* Menken. *Controv. Jur. publ. D. III. θ. 16.* Itter. *de Gradib. & Hon. Academ. cap. VI. §. 16.* Poſſunt itaque Comitia Imperii, impetratis prius per literas vel Legatos Electorum ſuper locô, tempore & principali quæſtione majoribus ſuffragiis, uti ad id ipſum & Imperator quoque adſtringitur. Capit. Joſeph. *art. 16.* Leopold. *art. 17.* & ibi Maurit. *in not.* Oldenburger *Limnæ. Enucleat. lib. IV. cap. 72. §. 5.* Gaſtel *d. tr. cap. XXXVII. n. 2.* Auth. der Grundveſte *Part. I. cap. 2.* (fruſtrà

quoad

quoad poſterius renitente Arumæô *de Comit. cap. III. n. 54.*) indicere, in quibus de negotiis Reipubl. ſtatuatur, Leges univerſales ad pacis bellique ſtatum reſpicientes condantur, & ſic quoque Summus Militiæ Imperialis Præfectus eligatur: à Republica enim, qualis tempore Interregni quoque eſt Germania, nunquam abeſſe poſſunt Jura Majeſtatis, ac interea de negotiis Togæ & Sagi Sinold Schüz *Colleg. J. P. vol. II. diſp. 10. θ. 2. lit. D. p. 588.* diſponendi poteſtas, hanc enim ſi ſublatam, aut dilatam ad minimum in tempus electi novi Imperatoris quis velit, is jam Anarchiam, non Rempubl. eo tempore Germaniam inepté ſtatuet. Itaque hæc poteſtas legendi Ducem Summum, ut & reliqua Majeſtatis jura exercendi, vel eſt penes reliquos Statûs ſolùm, quod eſt abſurdum, cùm Vicariorum jura, quæ alioquin habent, augeantur, non minuantur Dignitate hac Vicariali, vel penes ſolos Vicarios, quod ipſorum Officium, utpote Vicarium ſolius Imperatoris, non admittit: Ergò reſidet penes cæteros Status & Vicarios ſimul; Quæ ſuâ licet luce radient, rariora tamen à ſolis Vicariis convocatorum Comitiorum exempla, aut planè nulla in hiſtoriis occurrere notat Brunnem. *d. tr. Diſſ. X. §. 3. in fin.* Jung, Maurit. *de Orig. Elector. & Comitiis Electoral. cap. 2.*

## §. XVI.

Itaque ad negotia, quæ in Comitiis regulariter expediuntur, Noſtri Summi Militiæ Imperialis Præfecti conſtitutionem pertinere, hactenùs evictum dediſſe confidimus: Cùm autem Conventus Deputatorum Ordinariorum, tanquam epitome Comitiorum univerſalium Jacob. Brunnem. *d. tr. Diſſ. X. §. 19.* pro objecto tractationis punctum ſecuritatis & defenſionis publicæ per diſpoſitionem Circularem, die Crayß-Verfaſſung, R. I. de A. 1555. §. So ſich dann ꝛc. 65. *ſeq.* Auth. der Grundveſte. *Part. III. cap. 6.* expediendæ agnoſcant, eorumque Decreta Reichs-Deputations-Abſchied/ pari cum reliquis auctoritate haud raró polleant: R. A. de A. 1594. §. Was und ſo viel aber ꝛc. 97. Arum. *de Comit. cap. II. n. 33.* Limnæ. *de J. P. lib. IX. cap. 1. n. 239.* Maurit. *de Receſſib. Imper. §. 11.* haud aliena ab hoc loco quæſtio erit: *An & in hiſce Conventibus Summus Militiæ Imperialis Præfectus conſtituatur?* Et ſi tam graves in Imperio oriantur turbæ, quibus compeſcendis vires unius, duorum, trium vel etiam quinque Circulorum non ſufficiant, ſed ad extinguendum commune incendium omnium Circulorum concurſus requiratur, Deputati Ordinarii, (qui recenſentur in R. I. de A. 1654. §. Und dieweil nach beſag ꝛc. 194.) à Moguntinô convocati, cum Commiſſariô Cæſaris, quot ex

reliquis 5. Circulis evocandi ſint? concludere, R. A. de A. 1555. §. So ſich dann abermahls ꝛc. 65. inſimul verò cuinam partes Imperii Militaris Superiores committi debeant? decernere jubentur in d. R. A. zu Augſpurg de A. 1555. §. 78. Da aber auff verſammleter 5. Crayß-Obriſten anlangen die Chur-Fürſten / Fürſten und Stände zuſammen beſchrieben / in ihren Berathſchlagungen für rathſam erachten und ſchlieſſen würden / daß auch der andern Crayß beſtimmte Hülff den vorigen fünffen zugethan und ins Feld zu bringen / ſo ſollen die Chur-Fürſten / Deputirte Fürſten und Stände ſich ſolchen gemeinem Werck zu entſchlieſſen und zů vergleichen haben / **wen Sie alsdann zu einem Obriſten in gemein zu gebrauchen** / und wie ſie Ihn mit gebührlichem Sold unterhalten wollen ꝛc. Cæterùm ſi tanta neceſſitas totum Imperium ad arma vocandi nondum ingruit, verùm aliquot Circulorum ope & auxiliis vim hoſtilem depelli poſſe ſperari liceat, Deputatorum non eſt ſtatuere, quis Summi Ducis munia obire debeat, ſed ne æqualis iſta pluriū Circulorum Ducum poteſtas rei benè gerendæ impedimento eſſet, illi, in cujus finibus motus exorti, quiq; cæteros ad auxiliū evocavit, imperiū militare ſummum ab ipsâ lege delatum videmus in d. R. A. de A. 1555. §. 77. Alsdañ ferner die Nothdurfft erfordert / ſonderlich in Kriegs-ſachen und Verſamlung eines Kriegsvolcks im Feld zu gebrauchen / daß einer / auff den die andere ein auffſehens zu haben / Unordnung fürzukom̃en fürgeſetzet ſeye: Haben wir uns mit der Chur-Fürſten Räthe und der erſcheinendē Fürſten und Stände Bottſchafften / und Sie Sich hinwider mit Uns weiter entſchloſſen / auff die Fälle / da dreyer oder auch 5. Crayß-Obriſten und deren Zugeordnete die vorſtehende Beſchwehrlichkeiten abzuwenden / zu berathſchlagen / die Hülff ins Feld zu bringen / und dann gegen dem Feind und Beſchädigern zu handlen zuſam̃en kommen / daß um mehr Richtigkeit willen **der Obriſt deß Crayß / der die andere erſtlich erfordert / unter Ihnen den Obriſtē ein fürgeſetzter Obriſter ſeyn** / darfür gehalten / die Sachen in Berathſchlagung proponiren / umbfragen / die letzte Stimm haben / und dirigiren / auch in Kriegs-Sachen / da ſie ihre Hülff zuſammen ſtoſſen / im Feld gegen den Feinden / Beſchädigern / oder die ſich zuſam̃en rottiren / und andern obgeſetzten Fällen / **als der Obriſt Hauptmann ſeyn und gehalten werden ſoll**; doch daß Er ſolches alles mit Rath und Vorwiſſen der andern Obriſten und Zugeordneten / ſo viel deren bey handen / fürnehme und handle / auff den auch die andere bey Ihm erſcheinende

Obri-

Obriſten und Zugeordnete ein Auffſehens haben/ und Ihn für ihren fürgeſetzten Obriſten halten ſollen ꝛc. Jung. R. A. d. A. 1654. §. Und wañ der Crayß-Obriſte ꝛc. 179. Heinr. Hildebrand. *Diſſ. de Auxil. Ord. Imperii communi. c. III. §. 9. ſeqq.* D. Stryk. *Diſſ. de Militiâ Circul. cap. V.* §. 16. Hæc autem omnia, quæ de Militiâ Circulari ejusque Summô Imperiô ita ſalubriter diſpoſita ſunt, motûs in ipſis Germaniæ viſceribus exortos principaliter reſpiciunt; Ad Pacem enim publicam Imperii ſartam tectamque conſervandam, Executionemque Banni contra Status Imperii vel contra Subditos Statuum, quos hi vel nolunt, vel non poſſunt in ordinem redigere, militares iſtæ diſpoſitiones & mutua Circulorum auxilia pertinent. Dn. Stryk. *d. Diſſ. cap. I. §. 20. ſeqq. & cap. IV. §. 1. ſeqq.* Jung. D. Lynker *de Redintegrat. Circul. p. 22. & paſſim.* Quapropter ſi hoſtis externus bello Imperium aggrediatur, Deputatorum Imperii Ordinariorum in parandâ defenſione & conſtituendô Summo Duce nullæ ſunt partes, utpote quorum officium tùm ceſſat, quando (uti hoc rerum ſtatu plerumque ſolet) omnium Circulorum determinatum auxilium non ſufficere ipſis viſum fuerit; Hoc enim in caſu ad Imperatorem rem deferre jubentur, qui Comitia cum conſenſu Electorum convocet, ubi de armis Imperii publicis communi conſenſu juxta ſuperius dicta ſtatuatur. d. R. I. de A. 1555. §. Und ſo abermahl ꝛc. 67. D. Stryk. *d. Diſſ. cap. V. §. 16. in fin.* quibus omninò conſequens eſt, iſtam Directionem Præfectoriam Superiorem, Deputatorum Ordinariorum voluntate uni ex Ducibus Circularibus deferendam, ab ipsâ Lege ad certum determinatumque caſum reſtrictam. add. R. A. de Anno 1555. *cit.* §. 77. ibi: und andern obgeſetzten Fällen ꝛc. Textor *Jur. Publ. Cæſar. Tit. III. num. 318. ſeq.* non usquequaque obtinere. Unde quidam Ordinum poſt multa liberè diſſertata ap. Fritſch. *de Conventib. Deputat. cap. V. §. 4.* tandem concludunt: Jus Belli & Pacis gehöre ad Comitia und nicht vor die ordinari-Reichs-Deputation, deren Poteſtät in der Executions-Ordnung umbſchränckt wäre ꝛc. Jung. Ludolph. Hugo *de Statu Region. Germaniæ cap. II. §. 10.* & omninò Balth. Venat. *Ominoſ. Rer. Serie Cont. V. & VI.*

§. XVII.

Illud expeditum eſt, rebus benè gerendis præſentiam Imperatoris maximum pondus addere, Georg. Obrecht. *Diſcurſ. Bellico-Polit. quomodo adverſus Turcam bellum feliciter geri poſſit? ad Matthiam II. Imper. lib. I. n. 5. ſeq.* Hortleder von Urſachen deß Teutſchen Kriegs *Part. II. lib. III. cap. 81. p. m. 598.* ab Andlern *Tom. II. Conſtit. Imperial. voce*

Krieg. *n.* 16. *ſeq.* Gokel. *de Regib. Europæ. cap.* 18. *n.* 10. idque & Officio Imperatorio, quod in defenſione Statûs Imperii Secularis & Eccleſiaſtici conſiſtit, Reſtaurat. Caſtald, *de Imperatore quæſt.* 52. Juſt. Mayer *Diſſ. quomodo Imperator ſit mundi Dominus?* θ. 4. *lit. c.* Mager *de Advocat. Armat. cap. III. n.* 70. *ſeq.* Linken *Diſſ. de Jurisd. Vogtejæ.* §. 6. apprimè convenit; & uti is totius Imperii caput eſt: R. A. de A. 1530. §. Nach erledigten ꝛc. ibi: als ein wachendes Haupt deß Röm. Kayſerthumbs. R. A. zu Regenſp. d. A. 1569. §. Dieweil nun ꝛe. 47. ibi: als Römiſcher Kayſer und das Ober-Haupt im Reich ꝛc. Coler *de Jure Imperii Sect. I.* §. 1. ita & exercitui præeſſe munus Imperatorium eſt, quod vel nomen ejusdem abundè confirmat: Unde non Officii, ſed Majeſtatis jure eundem conſtitui infert Mulz. *d. tr. part. II. cap. V.* §. 2. *n.* 52. *ſeq.* quæ verba, niſi monſtrum alunt, & iisdem ſententiæ ſuæ Statûs Monarchici in Imperio ſubſervit Author, admitti poſſunt, modò conſenſus & approbatio Ordinum Imperii (quibus invitis & reclamantibus vix hoc procederet,) iisdem non excludatur. Ill. Stryk. *Diſſ. de Milit. Imperial. cap. III.* §. 2. Dn. D. Frommann. *d. Diſſ. cap. IV. pag.* 29. quo cum temperamento & illud Bœcleri *in Animadverſ. ad Hypolith. à Lapid. de Rat. Stat. part. II. cap.* 8. *Sect.* 1. cuivis nimirum Cæſari ipſo jure Ducatum Militiæ Imperialis competere, accipiendum venit. add. Conring. *de Rep. Exercit. VIII.* θ. 87. Statûs verò haud ignari, quàm è Republ. Imperii ſit, Imperatoriam authoritatem exercitum Imperialem multicipitem regere, Cæſarem ſæpius, ut munus iſtud in ſe ſuſcipere haud gravetur, rogaſſe conſtat. Ita enim Ferdinandus I. in R. A. zu Regenſpurg de A. 1557. §. Alsdann ferner ꝛc. 54. de hoc teſtatur: So haben wir auff der Chur-Fürſten Räth / erſcheinenden Fürſten Stände und der Abweſenden Bottſchafften und Geſandten unterthäniges Anlangen Uns dahin erklärt / bewilliget und mit Ihnen verglichen / daß wir uns mit eigener Königl. Perſohn in das Feld wider dieſen allgemeinen Feind der Chriſtenheit begeben / und das Kriegsweſen ſelbſt führen. add. R. A. zu Augſp. de A. 1566. §. Nachdem ferner ꝛc. 51. Itaque ſi Imperator, Martis pullus ipſe Imperii Exercitum ducere velit, omnes ejusdem Duces etiam Summi ipſius Imperium agnoſcere, Eidemque obtemperare tenentur. R. A. zu Augſp. d. A. 1500. tit. 60. Wann wir aber für Unſere Perſohn ſelbſt im Feld ſeyn / ſoll der Hauptmann uns mit der Feld-Ordnung gewärtig ſeyn / wie Uns als Römiſcher König gebühret. Jung. Pacif. Pragenſ. §. 65. So viel aber Armada ſeyn werden ꝛc. Porrò quoque

in

in tali caſu Imperatoris aut Regis Romanorum honori datur, ut vexillum Imperii Exercitui præfer.tur, quod niſi Ipſe aut Rex Romanorum præſens ſit, fieri haud ſolet. R. A. zu Speyr de A. 1542. §. Wann nun ꝛc. 39. ſeqq. Sonſt aber in der Kayſerl. Majeſtät und Unſerm (Regis Romanorum) Abweſen ſoll deß Reichs Fahnen nicht fliegen/ ſondern an ſeine ſtatt eine andere Fahne durch den Obriſten Feld-Hauptmann auffgericht und gebraucht werden. Add. Wildvogel *Diſſ. de Jure Vexillor. th. 32. & 38.* Hujus autem vexilli Imperialis præferendi jus jam ab antiquo cum Civitate & Caſtro Grœningenſi ad Domum Würtembergicam translatum eſt. vid. Gründliche Deduction, daß dem Hoch-Fürſtlichen Hauß Württemberg das Reichs-Pannerer oder Reichs-Fähnrichs Ampt/ Prædicat und Inſigne ſchon von etlichen Seculis her rechtmäſſig zuſtehe ꝛc. idque natales ſuos debere exiſtimat Schilter *in Inſt. J. P. lib. IV. tit. II. §. 6.* priſcæ Suevorum primi impetûs in præliis deß erſten Angriffs prærogativæ, de quâ Jus Provinc. Alemann. *cap. 19. n. 44.* Königshoven *Chron. cap. V.* §. 142. & Lambert. Schaffnaburgens. *de Reb. German. p. m. 219.* ita loquitur: *Datum negotium eſt Rudolpho* (Sueviæ Duci) *ut ipſe cum ſuis primâ acie confligeret, peculiari ſcil. Suevorum privilegiô, quibus ab antiquis jam diebus lege datum eſt, ut in omni expeditione Regis Teutonici ipſi Exercitum præcedere, & primi committere debeant.* Jung. Lehmann *Chron. Spir. lib. V. cap. 29. in med.* Caſpar. Barth. *Animadverſ. ad Claudian. Panegyr. in III. Conſul. Honorii Aug. num. 29. p. m. 490.* Spangenberg in der Manßfeldiſchen Chronick *lib. I. cap. 74. & cap. 192.* Cæterùm Status Imperii Majeſtatem Imperatoriam, & in Subſtitutô à Cæſare (cui hoc munus deferebatur) Rei bellicæ perito Duce aliquando reveritos fuiſſe, patet ex ore Imperatoris Maximiliani II. in R. A. de Anno 1569. §. 47. ita de hoc diſſerentis: Dieweil zu ſolchem großwichtigen gemeinen Werck eines General-Obriſten vonnöthen/ und aber der Chur-Fürſten Deputirten/ Fürſten und Stände Räth und Geſandten an ſtatt ihrer hohen Herꝛſchafften und Obern/ Uns allerunterthänigſt erſucht und gebetten/ Wir als Röm. Kayſer und das Ober-Haupt im Röm. Reich wolten ſolch Obriſten Ampt auff Uns/ dem H. Reich zu ſondern Gnaden und Ehren/ gnädiglich nehmen. Haben Wir aus Gnädigſter Vätterl. Liebe/ ſo Wir zu Unſerm geliebten Vatterland Teutſcher Nation tragen/ ohnangeſehen Unſer hohen Obligen und Geſchäfft/ berührt General-Obriſten Ampt/ nachgeſetzter maſſen auff Uns zu nehmen/ auch alsbald Unſern

lieben Getreuen und Rath Lazarus von Schwendi ꝛc. als einen berühmten wohlerfahrnen Kriegsmann / zu unſerm Obriſt Leutenant vor Uns ſelbſt / auch auff der Chur-Fürſten Deputirten Fürſten und Ständ unterthänigſtes Erſuchen verordnet / mit allergnädigſtem Erbieten / denſelben ohnverlängt ꝛc. abzufertigen. ab Andlern *Tom. II. Conſtit. Imperial. voce Circulus n. 21.*

§. XVIII.

Eadem autem dicenda eſſe apparet, ſi Regi Romanorum ſummum hoc Belli munus capeſſere allubeſcat, tùm enim Duces Imperialis Exercitus etiam Summi eidem cedere, & Imperio ejusdem obſecundare tenentur. arg. R. A. de A. 1500. d. t. 60. Et quis verò Summo poſt Imperatorem Capiti in Imperio, pro aris & focis expeditionem ſuſcepturo, litem intendat, niſi hoſtis? aut quis intentius aut auguſtius pro Imperio pugnabit, quàm is, qui ejus Regimen aliquando accepturus eſt? Guſtmejer *Fecial. German. lib. II. cap. 6. §. 3.* quamprimùm enim, vivô licet Imperatore, Rex Roman. eligitur, Caput Imperii certô modô deſignatur R. A. de A. 1555. §. Und im fall Kayſerl. Majeſtät 66. R. A. de A. 1654. §. So unterſtunden ſich ꝛc. 5. neque hoc nomen vanum eſt & ſterile, ſed reverentia & honores ei debentur ab Imperii Statibus, membris & ſubditis, non ſecus ac ſi electus eſſet vacante Imperiô. Limnæus *ad Capitul. Maximil. II. art. 18. n. 24.* atque ſua poteſtate, ſubordinatâ licet Imperatoriæ eaque propter reſtrictâ, pollet. Schilter *d. tr. lib. I. tit. 17. §. 5.*

§. XIX.

Non tamen ſemper Imperator aut Rex Roman. expeditionibus Imperii nomine ſuſceptis intereſſe ſolet, ſive juxta regulas prudentiæ cum calidiſſimô Principum Tiberiô majorem è longinquo Majeſtatem rentur, & caput rerum omittere ſeque & Remp. in caſum dari nolint. Tacit. *Annal. 1.* Amelot de la Houſſaye *Tibére ou Diſcours Politique ſur Tacite Chap. 79.* Sive aliunde impediantur, aut curam rerum militarium ſuſcipere iisdem haud placeat: Tùm autem ad electionem Ducis Bellici ab Imperiô proceditur. In quô negotiô Ordines plerumque intuitu Imperatorii ſplendoris Supremæque Dignitatis & Majeſtatis Mulz *d. tr. l. c. n. 60,* ſimulque felicius longè hoc ipſum procedere, ſi ab unius nutu dependeat, haud ignorantes, Imperatori iſtud deferre ſolent, neque hoc eisdem quicquam præjudicare poterit: Licet enim præter modò allatas, multis fortè extra ordinem rationibus permoti hanc eligendi facultatem iſtâ vice concedant, in illorum tamen arbitriô eſt, an aliô tempore idem permittere velint? Non

enim

enim conſequens eſt, quia tùm hæc poteſtas Imperatori fuit ab Ordinibus relicta, ſine ſpeciali Ordinum conceſſione hoc jus Eidem ſemper competere. Contrarium potius fit veroſimile, quia olim in quibusdam caſibus expreſſô Ordinum conſenſu Imperatori hæc poteſtas fuit conceſſa, idem adhuc fieri debere. Conring. *de Republ. Ex. VIII. §. 97.* Variè autem electio hæc in Imperatorem ab Ordinibus tranſcribitur; aliquando ad certas ab Imperio Cæſari propoſitas perſonas ipſa reſtringitur, eo fine, ut ex hiſce Belli Ducem Summum nominet, gratiâ rei penes Imperatorem, poteſtate penes totum Imperium ita manente. Hujus exemplū offert R. A. de A. 1542. §. 23. Als nun aber von Chur-Fürſten und gemeinen Ständen auff jüngſt zu Regenſpurg gehaltenem Reichs-Tag der Kayſerl. Majeſtät unterthäniglich ergeben und heimgeſtellt worden/ aus etlichen damahl fürgeſchlagenen Chur-Fürſten und Fürſten einen Obriſten Feld-Hauptmann über obbemeldt Kriegs-Volck zu erwählen: Alſo haben wir ꝛc. Aliquando verò liberius arbitrium eidem permittitur, neque ad certas perſonas alligatur, ſed ejusdem beneplacito relinquitur, quemnam huic muneri præficere velit? exquiſitô verò delectû, nec niſi maturâ deliberatione Cæſarem arma i. e. ſalutem Imperii cuiquam commiſſurum fore confidunt Status; hujusque illimitatæ delationis exemplum proponit R. A. zu Regenſp. de A. 1566. §. 51. Nachdem ferner die anweſende Chur-Fürſten/ Fürſten und Stände die Beſtellung und Verſehung deß Feld-Obriſten Ampts in vorſtehender Expedition und Kriegs-Ubung Uns gutwillig heimgeſtellt / ſo haben wir ſolches von ihnen zu gnädigem danckwilligem Gefallen angenommen: Et licet hic iterum Hypolith. à Lapid. *d. tr. Part. II. cap. 8. ſect. 1.* calamum in Ferdinandum II. Imper. ſtringat, atque eundem pro more criminetur, ac ſi poteſtatem Summi Militiæ Imperialis Præfecti conſtituendi, quam Ordines liberâ voluntate aliquoties Impp. conceſſerant, tanquam ſibi debitam vindicare, ſuo quaſi jure uſurpare, & exinde Filium ſuum inconſultis Statibus exercitui præficere veritus non ſit, eaque propter parcè hoc jus Impp. indulgendum exiſtimet. Attamen virulenta iſtius hominis conſilia, uti plerumque bonum Imperii commune haud reſpiciunt, ſed de privatis tùm publicis iſtius temporis iris teſtantur; ita Ordinum Imperii erit æſtimare, an & in quantum illius monitis locus ſit dandus? diverſæ ſunt quæſtiones: *quid expediat Statibus?* & *quid iisdem liceat?* nos de hâc, non de iſtâ disquirimus.

§. XX.

Etſi verò Ordines jus eligendi Summum Militiæ Imperialis Præfe-

ctum in manus Imperatoris reſignaverint, non tamen quibuscunque indiſcriminatim hoc officium committere poterit Cæſar, ſed primò omnium ad gentem, cujus de armis regendis agitur, reſpicere, & Germanum Germanis præficere tenetur; idque in genere circa militaria munera diſpoſitum in R. A. zu Regenſp. de A. 1603. §. Und demnach Uns ꝛc. 9. ibi: Verſuchte Kriegs-Perſohnen aus den Teutſchen im H. Reich geſeſſenen Adel Hohen und Niedern Stands / ſollen in Erſetzung der Kriegs-Befelch vor Frembden in conſideration gezogen werden: ad Summum autem Belli Ducem diſertè productum per R. A. de A. 1541. §. Und dieweil Uns ꝛc. 55. ibi: Doch aus dem Reich Teutſcher Nation ꝛc. R. A. de A. 1641. §. Zu der Teutſchen Officier und Nation Beförderung ꝛc. 44. Omnibus enim Gentibus perſuaſiſſimum eſt, eum affectum, eam fidem & amorem erga commune bonum rarò admodùm ineſſe exteris, qui in Civibus ac indigenis conſpicitur: Carpzov. *Diſcuſſ. voti Septemvir. pro Carolo V. cap. II. §. 29.* Pufendorff. *Diſſ. de Obligat. erga Patriam §. 1. ſeq.* Rechenberg. *Diſſ. de Promot. ad Mun. Publ. cap. II. §. 22. ſeq.* in quam rem graviter diſſerit Author diſcurſus ap. Speidel. *Specul. Jurid. Pol. voce* Krieg/ Kriegs-Dienſt *p. m. 379.* Ingleichem iſt auch manchmahl dieſes nicht für eine geringe Reichs-Klage und deſſen verderblichen Fehler angezogen worden/ daß die Hohe Kriegs-Officia außländiſchen und frembden Nationen/ deren Natur und Eigenſchafft nicht ſonders auff die Liebe der Teutſchen gericht/ nicht alleine committirt/ ſondern öffters den Einheimiſchen vorgezogen worden/ da doch der Eyffer und ſonſt nöthige Sorgfalt bey einem Frembden nicht ſo groß/ als bey einem Einheimiſchen/ der in ſeinem Vatterland Ehr und Dignitât zu ſuchen / den gemeinen Nutzen eyfferigſt zu befördern / ſeinen Nachkömmling ein rühmlich Exempel und Nahmen zu hinterlaſſen/ auch bey ſeiner Nation zu leben und zu ſterben begehrt/ hingegen mancher Außländer/ wann er ſeinen Beutel geſpickt/ umb den Schaden Joſephs/ wie man zu reden pflegt/ ſich nicht hoch bekümmert/ oder zu weit umb der Teutſchen Intereſſe und Beſten willen/ ſich in ſonderliche Gefahr begibet/ ſondern ſelbige umbgehet / und die beſten occaſiones entweder gar oder mit ſchlechtem Effect hingehen läſſt: Jedoch iſt auch nicht zu läugnen/ daß von frembder Nationen Generalen und Obriſten bey vorigen Zeiten groſſe und anſehnliche Ritter-Dienſt offtmahlen geleiſtet worden: Uti enim, in quam domum Veſpilliones & Libitinarii ingrediuntur, ſignum funeris eſt; Sic Reipubl. labaſcentis, ad quam ful-

ciendam adhibentur peregrini. *Lipſ. Pol. III.* Chriſt. Ohem *Diſcurſ. Jurid. Polit. de Conſul. & Magiſtrat. c. II. n. 57. ſeq.* quare omnium ferè gentium LLbus indigenarum civiumque præ exteris maximè in adminiſtrandis majoribus Reipubl. muneribus Eccleſiaſticis & Secularibus prærogativa ſancita deprehenditur, uti hoc variarum gentium exemplis illuſtrant Myler ab Ehrenbach *Hyparchol. cap. VI. §. 8. ſeqq.* Jac. Lemken *Diſſ. de Jure Indigenat.* ap. Fritſch. *in Append. Tom. III. Ex. J. P. poſit. 18. θ. 53. ſeqq.* Limnæ. *ad Capit. Caroli V. art. 13 verb.* Gebohrnen Teutſchen ꝛc. Hungaros certè vehementer urſiſſe, ut Dux Belli ex ipſorum gente conſtituatur, eorum preces in Comitiis Poſonienſibus A. 1595. Regi exhibitæ, quas refert Stephan. Werbeuzi *Tom. III. Conſtit. & Conſuetud. Regni Hungariæ*, teſtantur, ita enim earum *art. 39.* loquuntur: *Simili modo ſupplicant humiliter ſuæ Majeſtati Status & Ordines Regni Hungariæ, dignetur eorum, quæ de mittendo in Superiorem Hungariam Hungariæ Generali Capitaneô ſuis fidelibus anteà ſæpè benignè obtulit, memor eſſe, illisque jamjam exauditis, voti compotes facere; Exiſtimant enim, utilius fore ſuæ Majeſtati & Regno, ſi ſuæ gentis Generalem illic habuerint:* id quod denuò ipſis promiſiſſe Regem, Werbeuzi *d. l.* refert, neque res caruit effectu. vid. Thuan. *Hiſtor. Contin. Tom. IV. lib. I. ad ann. 1608. p. m. 7. a.* Et hoc Jus Albinagii in Jure publicô & Imperii ejusque Dignitatum religiosè ſemper obſervatum fuiſſe, defendit Coccej. *d. tr. cap. I. n. 13. & paſſim* usque adeò, ut non tantùm aditus ad officia togæ peregrinis per LLes paſſim præcluſus: De Judice enim Cameræ ejusque Aſſeſſoribus vid. Ordnung des Cammer-Gerichts zu Worms de A. 1495. tit. Wie das Cammer-Gericht mit Richtern und Urtheilern beſetzt werden ſoll ꝛc. Item R. A. zu Regenſp. de A. 1548. §. Und nachdem Uns ꝛc. 23. Cammer-Gerichts-Ordnung *Part. I. tit.* 2. Dn. D. Frommann *d. Diſſ. cap. V. p. 43.* ſed & ad ſummum in noſtrâ Republicâ munus, Cæſareum faſtigium, poſt Ottonum tempora alium, quàm Germanum, jure evehi non potuiſſe, nec adhuc poſſe, XIII. rationibus contendat Ericus Beringer *Reſponſ. Singular. ad graviſſimam quæſtionem: An Imperatoris electio ex gente ſaltem Germanâ fieri debeat? & alii etiam exteri ad hoc faſtigium evehi poſſint?* Id quod à Lege Ottonis III. cum Huldericô Mutiô *Chron. lib. 14.* Heig. *quæſt. Ill. 5.* Strauch. *Diſſ. Exot. IV. §. 4.* Arumæ. *vol. I. Diſc. Acad. 6.* Limnæ. *J. P. lib. II. cap. 2. num. 28.* plures à Buxtorff. *ad A. B. concl. 31. lit. D.* laudati, alii verò probabilius ab inveteratâ conſuetudine & obſervantiâ, quam latius

tuetur Kulpis, *Diſſ. de Obſerv. Imp.* §. *17. ſeqq.* & probat Dn. D. Schweder *d. tr. part. ſpecial. ſect. I. cap. 2.* §. *4.* acceſſunt: Sed & quod reliqua Illuſtria Imperii officia attinet, S. R. Imperii Septemviri, cùm Carolus V. in Imperatorem eligeretur, juſtè metuebant, ne poſthabitis Germanis, Hiſpani & aliæ nationes exteræ, quibus ſtipatus erat Carolus, vid. Jo. Burkhard. Menken *Diſſ. de Næv. Polit. Carol. V. Imp.* §. 3. iisdem ornarentur, quam ob cauſam Capitulationis ejusdem art. 13. ita Eundem ſpondere voluerunt: Wir ſollen und wollen auch Unſere Königliche und deß Reichs Aempter am Hoff und ſonſt im Reich mit keiner andern Nation, dann mit gebohrnen Teutſchen ꝛc. beſetzen und verſehen: id quod in ſequentibus Capitulationibus totidem ferè verbis repetitum; Hisce verò aliquantò ſubobſcurius de Summo Militiæ Imperialis Præfecto diſpoſitum videtur: ita, ut eapropter, *numne illius diſpoſitione contineatur?* magnoperè dubitârit Stamler *de Reſervat. Imperii* §. *60. n. 6.* neque intra privatam dubitationem res ſubſtitit; Ipſe enim Ferdinandus II. in Conventu Deputator. Ratispon enſ. in Replicâ de A. 1630. d. 20. Jul. apud Limnæ. *in Not. ad Capitul. Leopold. art. 40.* quas exhibet *Tom. II. Addit. ad J. P. lib. I. cap. 12.* Electoribus de Capite Exercitus conquerentibus reſpondit: Geſtalt dann Ihro Majeſtät ſich nicht erinnern / (ob zwar weder deß H. Reichs Ordnungen noch auch das Herkommen derſelben einige Maaß vorſchreiben) eines Frembden / ſo nicht im H. Reich oder von deſſelben dependirenden Landen geſeſſen ꝛc. zu General-Befelchen ſich gebraucht zu haben ꝛc. Sed uti Ferdinando Electores contradixerunt ap. Limnæ. *d. l.* ita & Stamlero dicam, haud immeritò ibidem ſcribit Limnæus, Sub voce enim Reichs-Aempter / quæ in *d. art. 13.* Capitulat. Carol. V. occurrit, non tantùm officia ordinaria & perpetua Imperii, qualia Electorum & eorum Subofficialium ſunt, ſed etiam extraordinaria & temporaria, quale Summi Militiæ Imperialis Præfecti eſt, (in quantum ab Imperatore dependent) complectuntur, iisque arcentur peregrini. Limnæ. *d. l.* Ut itaque hanc ambiguitatem è medio tollerent liteſque in poſterum præciderent Electores, magis dilucidè in Capitul. Ferdinandi III. ſtipulati ſunt; Ita enim ejus art. 15. ſpondet Imperator: Wir ſollen und wollen auch Unſere Königliche und Reichs-Aempter am Hoff und ſonſt im Reich / wie ingleichem Unſern Kriegs-Rath und hohe Kriegs-Officia mit keiner andern Nation, dann gebohrnen Teutſchen inskünfftig beſetzen und verſehē; atq; idem repromiſerunt ſe obſervaturos ſequentes Impp. vid. Capitul. Leopold. & Joſeph.

*art.*

art. 39. & 40. Ne tamen nimio amore Patriæ ipſa in diſcrimen adducatur, & officium illi largiri neceſſum ſit, qui ſolâ nationis Germanæ prærogativâ nititur, cæteriſque huic muneri ſufficientibus qualitatibus deſtituitur, cautè in d. art. 15. calce ſuperadditum: Inſonderheit wann bey Beſtellung gemeldten Kriegs-Raths und Hohen Kriegs-Aemptern mit außländiſchen Teutſche Subjecta in gleicher Qualification concurriren ꝛc. Interim charitati patriæ & hoc dedit Limnæ. ad Capitul. Ferdin. III. art. 15. verb: gleicher qualification. ut in caſu, ſi Germanus muneri ſufficiens cum extero paululùm ſufficientiore concurrat, Germanum præferendum exiſtimaverit, ne, uti addit, incommoda & pericula, quæ exterus ſecum ferat, patriæ ſubeunda vel timenda ſint. Jung. Schiara Theolog. Bellis. lib. II. diff. 1. ubi latè disquirit: an in Ducem Exercitus poſſit eligi dignus, prætermiſſo digniori? Enimverò ſi quis externus ſit, quocum ex Germanis nec peritiâ & prudentiâ, nec virtute nemo ullo modo conferri poſſit, quin illi cedere hi teneantur, neminem ratio dubitare ſinit. Stryk. d. Diſſ. de Milit. Imp. cap. III. §. 7.

## §. XXI.

*Si quis verò non ſolùm Germanô ſanguine cretus, ſed & Germanis parentibus, extra Germaniæ fines tamen, natus fuerit, an pro Germanô habendus, eiq; ab Imperatore* (ſi quando, uti ſupra innuimus, Illi hujus rei ab Imperiô poteſtas facta fuerit) *Summi Militiæ Imperialis Præfecti munus conferri poſſit?* diſcuſſionem meretur: Equidem Alexander *in l. Hujusmodi. 84. §. legatum. 10. ff. de legat. 1.* Herm. Vultej. *in l. 2. C. de Jurisd. omnium judic. num. 16.* & alii nativitatem id efficere exiſtimant, ut quô quisque locô natus ſit, eô quoque Civitatis jura nanciſcatur, cui ſententiæ præſidium quærunt in *l. 4. & l. 17. §. 11. ff. ad municipal.* Scilicet hi patriæ vocabulo ſolum illud, quod naſcentes primum excepit fovitque, complectuntur, neque ultra progredi fas eſſe putant. Verùm alia ſunt merita patriæ, ob quæ eidem tantoperè obligati ſumus, & ejusdem cives efficimur, quàm nudum illud miniſterium, recens natos excipiendi; Nam cùm parentibus jus in prolem ſive ex generatione, ſive ex educatione quæratur, & liberi porrò utpote membra ſocietatis œconomicæ patrem, tanquam familiæ ſuæ caput, revereri cogantur, hæc autem poteſtas & quicquid juris eſt, à ſegregis patribusfamilias deinde in Civitates aut planè translatum, aut ad Leges civiles attemperatum fuerit, ſatis apparet, à patre in liberos transfundi obligationem erga patriam, neque dulci hoc nomine cenſeri poſſe locum, qui parentes vinculo obligationis civilis obſtrictos haud

tenet, ſed in quô quis ſolummodò lucem aſpexit. Pufendotff *Diſſ. de Obligat. erga Patriam.* §. 7. Unde & Leges Romanæ in inveſtigandô locô domicilii naturalis eodem modo proceſſerunt, dum in locô, in quô quis à matre, fortè patrem in exteris ſedibus Legationis aut alius temporarii negotii causâ degentem comitante, enixus eſt, domicilium originis natum accipere noluerunt. *l. 1. §. 2. l. 6. §. 3. ff. ad Municipal. l. 3. C. eod. l. 23. C. de Agricol. & Cenſit. & ibi DDres communiter*; ſed illud unicè ex loco, ubi pater civis eſt, æſtimantes vid. Conring. *de Republ. Ex. I. θ. 3.* natum finxerunt in eâ Civitate, ubi mater fingitur eſſe. *l. 26. ff. de Captiv. & poſtlim. reverſ.* Longè enim differunt ab invicem actus naſcendi & jus naſcendi; Etſi enim in Civitate, cujus membrum pater nati non eſt, quis naſcatur, hoc tamen tanquam in tranſcurſu factum pro eo, ac ſi non factum, habetur: Elbert. Leonin. *conſ. 34. n. 44.* Chriſtinæ. *Deciſ. 33.* & ſolummodò inſpicitur, ubi filius ordinariè naſci debuiſſet Bald. Alberic. Caſtrenſ. *in d. l. 3. & l. 84. §. 10. ff. de Legat. 1.* ubi dicunt, filium non ſortiri originem ejus loci, in quo tranſeundo naſcitur, & parentes ad tempus tantùm erant ibidem manſuri, animô revertendi in patriam, in quâ conſtituêre domicilium, & Caſtrenſ. *l. c.* Statuti Bononienſis aliarumque Italiæ Civitatum mentionem facit, quô cautum, nullum Doctorem poſſe eſſe de Collegio JCtorum aut Medicorum, qui non ſit Civis, at ſi mater caſualiter abſit, & pariat filium, tùm fingi natum in Civitate, ubi matrem quoque fuiſſe fingatur. Carpz. *Part. I. deciſ. 1. per tot.* ubi *n. 22.* Vulteji argumenta retundit, Lemken. *d. Diſſ. Poſ. 8. θ. 25.* B. Dn. D. Lauterbach *Diſſ. de Domicil. cap. I. θ. 10. ſeqq.* Myler *Hyparcholog. cap. VI. §. 42.* Cæterùm hactenùs dicta ad Summum Belli Ducem applicare cortex Capitulatt. Cæſareanarum vix admittere videtur; Non tantùm enim Germani Stemmatis, ſed & in Germaniâ natum Summum Militiæ imperialis Præfectum requirunt. vid. *art. 13.* Capitul. Carol. V. Capitul. Ferdinand. III. *art. 15.* ibi: gebohrne Teutſche ꝛc. Capitulat, Leopold. & Joſephin. *art. 40.* ibi: ſo im Reich Teutſcher Nation gebohren ꝛc. Quæ verba extra Germaniam nato vix convenire, quis non exiſtimare poſſet? Verùm & is in Germaniâ natus fingitur, qui patre Germano extra Germaniam natus eſt, neque quod Germaniam natale ſolum nactus non eſt, pro Germanô haberi nequit; maximè ſi, postquam lucem aſpexit, aut in pueritiâ, in Germaniam fuerit adductus, ibidemque linguam, moresque Germanicos edoctus, & adeò nutricis magis, quam genitricis patriæ civem ſe oſtendat. Limnæ. *ad Capitul. Carol. V. art. 13. verb.* gebohrne Teutſche ꝛc. *n. 5.*

*ſeq.*

*ſeq.* Et licet in loco Nativitatis multa, quæ ſeorſim ad ferendum de nationum & gentium diſtinctione judicium adhibentur, confluere notet Obtecht *ad Monzamb. pag. 7.* Attamen illius quisque nationis cenſetur, cujus ipſius pater eſt, & ubi ſedem fortunarum à patre majoribusque traditam obtinet, inquit perſonatus ille Severin. à Monzamb. *de Statu Imperii cap. I. §. 5.* Solus locus nativitatis, pergit is, diverſæ à paternâ nationi aliquem haud inſerit, niſi verò credamus, modernum Suediæ Regem, ſi contigiſſet, ipſum in Boruſſiâ naſci, inter Boruſſos, non inter Suedos fuiſſe numerandum. Hæc ille *d. l.* Ita Fridericus II. Imp. Panormi in Siciliâ, patre avoque Germanis natus, Thomas Fazell. *de Reb. Sicul. Dec. II. lib. 8. c. 1.* Joach. Cluten *Sylloge Rer. quotid. concl. 23. lit. e.* Ferdinandus I. Medinæ in Hiſpaniâ, nemo tamen Germanos fuiſſe negavit unquam. Sim. Piſtor. *Conſ. I. n. 27. ſeq.* Tholoſan. *de Republ. cap. 15. n. 18.* Stephan. *de Jurisd. cap. 1. n. 104.* Göden *Conſ. I. n. 1. ſeq.* Buxtorff. *ad A. B. concl. 31. lit. e.* Beringer *d. Conſ. p. 56.* Carpzov. *d. Diſcuſſ. §. 23. ſeq.* Non tamen eousque Germanico ſanguini honorem habendum exiſtimamus, ut, ſi quis fortè inter Majores ſuos Germanum numeret, & ſanguinem ex Germanô, ſed non de proximô trahat, pro Germanô haberi debeat: Aliud enim eſt, oriundum eſſe ex Germaniâ, aliud Germanum eſſe, aliud ducere originem à Germanicâ Stirpe, aliud verè & propriè Germanum parentibusque Germanis natum eſſe: Sicut enim vinum aquâ dilutum vel aliô liquore purum non manet, & vitis Germanica in Galliâ vel Hiſpaniâ plantata, uvas quidem & vinum profert, ſed à calore & ſapore Germanicô prorsùs alienum, adeò ut nomen vini Germanici amittat; Ita ſi quis ad fumoſas (ut cum Poëta loquamur) Majorum ſuorum imagines ſaltem provocet, neque patre Germanô ſatus ſit, pro Germano haberi nequit, Author Comitiolog. Ratiſpon. *Diſſ. III. n. 22.* in hoc enim cum peregrino ſanguine affectus quoque in Germaniam refrixiſſe præſumitur. Quod & Legati Civitatum Imperialium apud Londorp. *l. c.* innuunt, quando ita loquuntur: Und da es je zu anderweitigen Conſtituirung eines Obriſten Hauptmanns aus Teutſchem Gemüth und Geblüth über ſolch Exercitum außſchlagen ſolte ꝛc.

§. XXII.

Uti autem hactenus dicta nonniſi Imperatorem, cui electio Summi Militiæ Imperialis Præfecti ab Imperio commiſſa fuit, ſtringunt: Ita totum Imperium faſces Regiminis militaris extero deferre poſſe, omni vacat dubio. In hujus enim arbitriô poſitum eſt, cuinam Summum iſtud Im-

perium in Exercitum committere, & an uni in ſolidum attribuere? an verò inter plures æqualis gradûs Duces eandem diſpartiri velit? Atque ſi duo Summi Duces alter ex Catholicorum, alter verò ex Proteſtantium partibus legeretur, minus ſuſpecta cujusque fides fortean eſſet: Unde non tantùm in Senatu Principum hoc ipſum aliquandò commendatum ſupra innuimus, ſed & univerſi Status haud ita pridem in dem Concluſo Trium Collegiorum in der Reichs-Verfaſſungs-Sach ꝛc. apud Fabrum Europæiſch. Staats-Cantzley *Part. XI. cap. X. num. 11. p. 540.* idem urſerunt: Darüber Ihro Kayſerl. Majeſtät nochmahlen allerunterthänigſt zu erſuchen wären/ daß die Reichs-Schlüſſe wegen deß pari auctoritate zu führenden Commando der beeden Hnn. Reichs-General-Feld-Marchallen bey der Reichs-Armee dereinſt zum Effect gebracht werden ꝛc. Interim ſicut cœlum non duos Soles, ſic Bellum vix plures unô Summos Imperatores capit: Romæ quatuor Tribuni Militum Conſulari Poteſtate creati fuerunt, quorum tres habitô delectu Vejos profecti ſunt, ſed rebus infeliciter geſtis documento fuerunt, quam non utile in bello plurium Imperium; Itaque ſtatim ad creandum Dictatorem, tanquam unum & ſummum rerum omnium Moderatorem decurrerunt. Livius *lib. IV. cap. 5.* Guſtmejer *d. tr. lib. II. cap. 6. §. 4.* Antiquorum dicterium eſt: *Multi Imperantes perdidere Cariam.* Thucydid. *lib. 6. cap. 12.* Jung. Bonbra *de Arte Belli & Pacis. p.m* 120. Quemadmodum enim, ſi plures Naucleri ad Clavum ſedeant, facilè vi ventorum & tempeſtatis, ſcopulis illiditur navis: Ita ſi plures exercitum regere velint, ſummam rerum labi neceſſum eſt; Diſſenſiones porrò & æmulationes nonniſi periculo Reipubl. inter ipſos exercentur: Et has aliasque difficultates expendens Imperator Statibus In dem Kayſerl. Commiſſions-Decret wegen Bewerckſtelligung der Reichs-Hülff / auch das Ober-Commando ꝛc. betreffende/ apud Fabrum *d. tr. l. c. num. XVII. p. 573.* in hunc modum reſpondit: Es wollen aber Ihro Kayſerl. Majeſtät hieneben allenfalls von Chur-Fürſten/ Fürſten und Ständen/ bevorab den jenigen/ welche eine gute Anzahl Trouppes, oder auch nur ein kleines Kriegs-Heer/ auff den Beinen haben/ und ab der Erfahrung am beſten zu urtheilen wiſſen/ Ihr vernünfftiges Gutachten gerne vernehmen/ ob und welcher geſtalt das Commando über ein entweder ſeiner Schwäche oder deß Feinds Stärcke halber unzertheilbares Reichs-Corpo von zweyen in gleicher Authorität ohne Subordination ſtehenden Häuptern/ ohne Confuſion und ordentlich geführet/ mithin die Operationes mit zuverſichtlicher Hoffnung

nung

nung eines guten Succeſſes angeordnet und fortgeſetzt werden könten: conf. R. A. de A. 1542. §. 26: Und nachdem man aus alten und neuen Hiſtorien und Geſchichten mit Schaden erfahren hat/ daß gegen den Türcken durch Menge der Obriſten und Regiment mehr Nachtheil und Schaden/ dann Vortheil und Sieg erwachſen ꝛc. Speidel. *Specul. Jur. Pol. voce* Krieg/ Kriegs-Dienſt *p. 739.* Hermes *Faſcic. J. P. cap. XXXVIII. n. 37.*

§. XXIII.

Quin & incommoda, quæ ex plurium Summorum Ducum Imperio reſultant, nonnullos rerum Germanicarum gnaros viros impulerunt, ut è Republ. Imperii eſſe duxerint, unius ejusque Perpetui Belli Pacisque tempore Summi Belli Ducis Imperio rem militarem Germanicam ſubmittere. Neque enim iſtis, quos notant, defectibus diſpoſitione Circulari Krayß-Verfaſſung/ quam ſupra attigimus, ſatis mederi exiſtimant: Licet enim Præfecto Circuli cæteros in auxilium requirenti, ſuperiores Imperii partes deferantur, juxta R. I. de A. 1555. §. Alßdann ferner ꝛc. 77. tamen actu ipſo hoc vix procedere regerunt ſine æmulatione inter eos, qui functione ordinariâ ſunt pares ac Præfecti diverſorum Circulorum; deinde hanc Directionem Præfectoriam Superiorem ab ipsâ Lege reſtringi ad certum caſum, atque tùm non vi imperii, ſed rogatione ſaltem auxilii reliquos Circulorum Præfectos ab illo evocari, cui ſi variis de cauſis fortè non deferatur, ſi Præfecti vicinorum Circulorum non veniant, legitimi ſubſidii velut inciſô nervô, Rempubl. in Circulô afflictô pati interim poſſe detrimentum, id quod tamen facilè averteretur à Duce, vel Præfecto Superiore, qui pro majore Imperiô, quatenus opus, jubere poſſet reliquis Præfectis, ut laboranti Circulô junctis conſiliis & armis ſuccurrerent; Solent equidem huic Conſtitutioni Ducis Generalis Militiæ Imperialis Perpetui ab aliis duo maximè opponi; 1. Imminens periculum libertati: & 2. Sumptuum Difficultas. Nam primò ſecuritatem Imperii vix ferre autumant, ut uni ſoli tanta potentia credatur, ne duo velut Cæſares ſimul exiſtant, & is, qui armorum atque Campi, etiam Reipubl. Dominus evadat: *Bellum*, inquit Curtius, *ſæpè naturæ jura mutat in contrarium*, quidni & Regni jura potentia armorum, quorum arbitrium penes unum? Non omnes enim ſimiles Zopyro, quem ob egregiam & in ſeipſum ad ſtuporem usque crudelem fidem Darius cariorem habuit, quàm decem Babylonia, nec eisdem ſemper progreſſu belli, quæ initio fuerant, animorum affectus; quod Anvillanus ille in Galliâ probè intellexerit, cui cùm Guiſius Ligæ Catholicæ Ductor eximiam

miam expeditionis ejus cauſam, nullius profanæ cupidinis ergò ſuſceptam, probare vellet, Anvillanus regeſſerit: *Multi ad cœnam eunt, haud eſurientes, mox verò appoſitâ menſâ variorum ciborum, lautô odore gula irritatur, Sic multi initiô nil mali cogitantes, occaſione delatæ in manus potentiæ ita eſurire occipiunt, ut nec Oriens, nec Occidens ſatiare avaras & famelicas cogitationes poſſit.* Unde ipſis non ſatis tutum videtur, uni ſoli & in perpetuum tantam armorum potentiam committi, ne adverſus Rempubl. arma ad unius nutum & imperium velut aſſueta tandem conſurgant: Verùm ex adverſo non deeſſe, priores iſti reſpondent, quibus Ordinum & totius Imperii libertati, potiſſimùm autem reſtrictione poteſtatis, facillimè conſuli poſſit, ſi nimirum Duci tanta poteſtas concedatur, quanta in aliis regnis benè conſtitutis Summo Belli Duci concedi ſolet, quantaque ad bellum gerendum ſufficit, ut tamen omnium conſiliorum & actionum ſuarum rationem Imperio reddere teneatur; deinde milites ſtipendia accipiant non à Duce, ſed à Statibus Imperii, vel iis, qui ab illis ad hoc conſtituti ſunt, ut inde diſcant, magis ſe Imperio, quàm Duci obſequium debere; Porrò Dux ipſe, ut itidem hactenùs obſervatum, Imperio ſeu Imperatori & Statibus fidem ſuam jurejurando obſtringat; Milites ſe eâdem ratione obligent ad obſequium Duci quidem præſtandum, quamdiu is Officii ſui non migret limites, Imperatori tamen & Statibus primariô, ut his magis, quàm Duci obſequium moremque gerere doceantur: Denique quod præcipuum eſt, Conſiliarios quosdam & adjunctos Viros cautos, prudentes, cordatos rerumque bellicarum peritos addi debere Duci, exiſtimant, eo fine, ut non tantùm conſiliis ſuis, quoties opus fuerit, eidem præſtò ſint, ſed ejus quoque conſilia omnia obſervent, & ſi quid animadverterint, quod Imperii ſaluti contrarietur, id maturè ſignificent, neve fortè Dux eos in partes trahat, horum munus non perpetuum, ſed temporarium, aliosque ſemper aliis ſuccedere, eosque plures ob eandem rationem eſſe volunt, ne ſi unus fortè officii ſui rationes inſuper habeat, eædem tamen à reliquis probè obſerventur: Namque ut omnes in idem ſcelus conſentiant, haud facilè contingere. Denique verò duobus veluti vinculis virtutem Summi Militiæ Imperialis Præfecti teneri poſſe, nempe metu ac ſpe, & fidei & fortitudinis incitamentis; Metum ex eo fore, ſi intra Imperii complexum ac fines Germaniæ bona ſita habeat, ceu pignori data Imperio, quæ una cum fide amittat; Spem ex ipſis Belli ſucceſſibus, ut ſubactarum Provinciarum Præſidiatum expectare Ei, ceu præmium virtutis, liceat: De cætero ſingulos Principum ac Statuum tantum virium & munimentorum domi habere, ut ſine metu

publica

publica Imperii arma præpotentemque Belli Ducem intueri poſſint: Præſertim ſi ei nulla in Imperio munita loca tradantur, exceptis illis, quæ in hoſtico ipſe ceperit, quibusve ad tutelam exercitûs indiguerit: Alteram de ſumptibus objectionem quod attinet, pacis tempore pro Duce Generali non adeò magnam quantitatem impendendam eſſe, reſpondent, ſed belli tempore demum ſtipendium augeri debere, idque in decem Circulos diviſum parvi momenti rem fore; Rempublicam viciſſim habituram Ducem Summum & pacis publicæ & libertatis vindicem &c. Auth. *Martis German. perpet. Part. I. cap. 3.* Textor *Jur. Publ. Cæſar. Tit. III. num. 327. ſeq. & de Ration. Stat. cap. XIV. p. 351. ſeq.* Guſtmejer *d. tr. lib. II. cap. 6. §. 4.* Dn. Stryk. *de Milit. Imper. cap. VI. §. 6.* Cæterùm talia ab illis, qui ſpeculationibus indulgere amant, audiri quidem poſſe, in praxi autem rerumque actu vix unquam obtinere, judicat Kulpis *ad Monzamb. Part. II. cap. 7. §. 9. in fin. & cap 9. §. 3.*

§. XXIV.

Archiepiſcopos, Epiſcopos atque Abbates ad Summi Militiæ Imperialis Præfecti munus adſpirare ipſum vitæ genus & profeſſio, quæ ab omni bello abhorret, vetare quidem videtur. Malè enim ſonat Pſalterium cum bombardis Schröder *de Jur. Bell. θ. 4. lit. b.* & gladius Nimrodi litu usque unâ, alterâ verò manu pedum paſtorale & baculus Aaraonis vix commodè regi poteſt: quæ enim ſocietas Chriſto cum Herode, aut Paulo cum Agrippa? quærit Wicelius *de Via Reg.* Quàm indigna res viſa fuerit puriori primitivæque Eccleſiæ, Epiſcopum arma tractare, procedere in aciem, curamque caſtrorum potius, quàm animarum ſuſcipere, tot Conciliorum Canones, Regum Capitularia, Patrum & Eccleſiæ Antiſtitum teſtimonia ſatis abundè comprobant. vid. Ziegler *de Epiſcop. Milit. in Vet. Eccleſ. inviſô per tot.* Et *in tr. de Epiſcop. part. II. cap. 14.* add. Joh. Lup. Segob. *de Bello & Bellator. cap. 3. in Tract. Tractat. vol. XII. p. 168.* Martin Laudenſ. *Brevi Comment. de Bello.* Burger. *Cent. I. obſ. 19.* Uti verò fieri aſſolet, ut ea, quæ vetita ſunt, majore cum animi voluptate exerceantur; Ita & in hoc negotio contigit, dum variis in locis expeditiones bellicas plus, quàm Cathedras ſuas ſibi commendatas putarunt, poſitâque ſtolâ paludamentum arripere, & galeâ potius quàm mitrâ ornari maluerunt Epiſcopi. Unde & paſſim Germaniæ noſtræ Epiſcopi & Abbates præliis interfuiſſe leguntur: de Ottone II. Imp. refert Lambertus Schaffnaburgenſis, & ex eo Baronius *Annal. ad ann. 983. n. 12. eum valdè periculoſum prælium habuiſſe cum Saracenis in Calabriâ, atque in eô occi-*

ſum fuiſſe Henricum, Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopum cum aliis plurimis Epiſcopis & Abbatibus; quâ de re alibi Baron. ad Ann. 888. n. 2. ingenuè ita: Quod deterius videri potuit & planè monſtroſum, illud fuit, quod tàm Epiſcopi quàm Abbates armati ad bella procederent, in hoſtes irruerent, cæderent ipſos, & cæderentur ab ipſis. Et eo deterius, quod iidem etiam ab ejus temporis Scriptoribus nomine bellicæ fortitudinis laudati reperiantur, cùm tanquam Sacrorum Canonum violatores, & muneris paſtoralis deſertores deteſtandi fuiſſent. Jung. Lehmann. Chron. Spirenſ. lib. IV. cap. 3. Scilicet invaleſcente tùm Romani Pontificis Dominatu, &. Cleri quoque potentia in immenſum gliſcere cœpit, usque dum miſſis Epiſcopalibus in erudiendô populô & adminiſtratione Sacramentorum conſiſtentibus curis, Secularium Principum perſonas Orbi repræſentarent. Ziegl. d. Diſſ. cap. X. §. 1. ſeq. Jung. Myler ab Ehrenb. Archolog. cap. XII. & ſeq. Cæterùm ſi à Præfecti Militiæ Circularis Officio ad totius Imperii Militiæ Præfectum inferre liceret, Principes Eccleſiaſtici hoc munere neutiquam fungi poſſent, utpote diſertâ lege excluſi. Erkärung deß Land-Friedens zu Nürnberg de A. 1522. tit. 3. ibi: Und ſolle darauff ein jeder der jetztgemeldten Krayß inſonderheit alßbalden einen Hauptmann / der ein Fürſt / Freyherr / oder ſonſt in trefflichem und Weltlichen Stand / auch zu ſolchem geſchickt und fleiſſig ſey / erwählen ꝛc. Quare cùm Epiſcopi Circuli Franconici hanc ſpartam aliquando ambirent, Legati Marchionis Brandenburgenſis, Ipſis hunc ambitum parùm honorificum eſſe, demonſtrarunt: Sie haben den Geiſtlichen zu Gemüth geführt / daß Ihrem Stand gantz ungemäß seye / ſo wohl in eigener Perſohn / als durch einen andern in ihrem Nahmen dieſes Weltliche Krayß-Ampt deß Obriſten zu führen; Ein ſolches gebühre den Weltlichen ꝛc. die Soldaten würden auch einem Geiſtlichen wenig Folge leiſten / und Reſpect geben: referente Limnæo Tom. I. Addit. ad J. P. lib. I. cap. 7. n. 32. Verùm enimverò Principibus Eccleſiaſticis aditum ad Summi Militiæ Imperialis Præfecti munus hisce nondum præcludi arbitramur; Conſtat enim, Eos bicipites eſſe, ſive duplicem perſonam repræſentare, unam quà Epiſcopi, alteram quà Principes & latiſſimarum ditionum Domini. Hojer Deſcript. German. part. II. cap. 6. Lehmann Chron. Spir. lib. II. cap. 35. Choppin. de Sacr. Polit. II. tit. 1. Joach. Stephan. de Jurisd. lib. II. cap. 2. n. 35. Gaſtel. d. tr. cap. XV. n. 1. ſeq. Buſch. de Bonis Eccleſiaſt. p. 98. ſeq. cujus diſtinctionis origo ſive ex tranſactione Henrici V. Imp. cum Calixto II. Pontif. ſive

à tem-

à temporibus Ottonianis aut altioribus repetatur. Struv. *S. J. F. cap. III. ax. 7. num. 8.* Burgoldenſ. *ad Inſtrum Pac. Part. I. diſc. 20. §. 8.* certam & hodie extra dubium eſſe, cenſet Kulpis. *ad Monzamb. part. II. cap. 2. §. 10.* add. Becmann. *Synt. Dign. Illuſtr. Diſſ. XI. cap. 3. §. 5.* Et ſi verum fateri licet, qualitas Principum ſecularis ferè in iisdem præponderat: Ipſis enim Legibus Imperii & conſuetudinibus nil non ſecularium curarum eſt commiſſum. Sanè juxta illas LLes viventibus fas eſt, non tàm verè Epiſcopos, quàm Mundanos Principes ſeſe gerere; Et licet longè veriſſimum ſit, fieri non poſſe, ut quis ſimul probè fungatur officiô Epiſcopi & Principis Secularis, nil tamen vetat, quò minus quis Epiſcopus nominetenus audiat, reapſe autem ſit Princeps, judiciô Conringii *de Republ. Ex. VIII. §. 95. & ad Lampad. in Addend. part. III. cap. 7. pag. 231.* Jung Mager à Schönborn *de Advocat. Armat. cap. VII. num. 290. ſeq.* Atque huc apprimè faciunt ea, quæ In dem Rathſchlag deß Zugs wider die Huſſen ꝛc. ap. Schilter. *in Mantiſſ. d. tr. p. 72.* hiſce verbis diſponuntur: Item würden die 3. Ertz-Biſchöffe von Mayntz/ Cölln und Trier jeglicher ſelber kommen/ ſo ſolle der Ertz-Biſchoff von Cölln ein Houptmann ſyn/ oder ob der nicht queme/ der Ertz-Biſchoff von Trier/ würde auch de keiner kommen/ ſo ſoll das ſyn der Ertz-Biſchoff von Mayntz/ und bleiben/ ob Er allda käme ꝛc. Quod autem ad munus Ducis Circuli Principes Seculares Franconiæ noluerint admittere Epiſcopos, uti ſupra innuimus, illud diſpoſitioni Erklärung deß Land-Friedens *l. c.* unicè debetur. Dn. D. Schweder *d. tr. Part. General. cap. IV. §. 12.* hujus tamen diſpoſitio ad Summum Militiæ Imperialis Præfectum nullibi porrecta legitur. Jung. Arrias *de Bello & ejus Juſtit. cap. I. n. 6. & 154.* Ant. Diana *voce: bellum. §. 15.* latè Schiara *Theolog. Bellic. lib. II. Diſſ. 2. 3. & 4.* ubi Cardinales, Epiſcopos & ſimiles perſonas ratione caſtrorum & jurisdictionis temporalis maximè ex diſpenſatione Pontificis Roman. Belli Duces agere poſſe, tradunt. Quod ad Germaniæ Epiſcopos applicat Felmann *Reſp. Militar. VI. n. 39.* Jung. Schiara *d. Diſſ. 4. n. 13.* Quamvis in iſtis Abbatibus, qui Principali Dignitate non fulgent, rationes à nobis ſupra productæ ceſſent, qui proinde Bellicô hoc munere fungi minùs rectè poſſunt. Conring. *de Republ. Ex. III. §. 117.* Ordinis verò Teutonici Magiſtrum, Teutſch-Meiſter/ aut Equitum Melitenſium per Germaniam Magiſtrum, quorum ille inter Epiſcopos, hic Abbates inter in Comitiis apparet. Fr. Iren. *Colleg. J. Publ. Diſc. XXI. Part. III.* qui perpetuum & implacabile voto ſuô & profeſſione



inſi-

infidelibus indicunt bellum, nec à militia adeò alieni ſunt, hoc Officium Summi Militiæ Imperialis Præfecti gerere poſſe, minus dubitamus. Jung. Roſenthal *de feud. cap. VII, concl. 30. n. 9.*

§. XXV.

Sed mittamus loricatas haſce infulas, & poſtquam hucusque, & à quibus conſtituatur Summus Militiæ Imperialis Præfectus? & quænam perſonæ hoc munere fungantur? expenſum; Jam illud monendum, officium hoc nonniſi liberâ ejus, cui defertur, voluntate ſuſcipi; quamvis ſi Imperium Civis cujusdam operam requirat, ille nonniſi graviſſimas ob cauſas iſtud detrectare poſſit; non quod invito planè illud imponatur, ſed quod officia boni Civis charitati patriæ vitam aut ſanguinem anteponere vix permittant Pufendorff. *d. Diſſ.* §. 20. *ſeq.* *Sanè* in hanc rem loquitur P. Ærod. *Rer. Judic. lib. X. tit. 4. cap. 13. qui militiam detrectat, ſingulariter peccat, ſed qui Ducatum Imperiumve, peccat univerſaliter, id eſt, in omnes Ordines, in patriam, in parentes, deniq; in communem hominum ſocietatem: Mortuô gubernatore, & navi jactatâ tempeſtate, ſi, qui peritus eſt gubernandi, repudiet clavum, & hunc relinquat imperito, nonne aut ingratus eſt, aut hoſtis? Genus proditionis eſt, cùm poſſis, nolle prodeſſe & opitulari Reipubl. Itaq; ut crimen eſt, ſibi ipſi imperium arrogare aut ſuſcipere ab iis, quibus non eſt jus tribuendi, ſic legitimè oblatum non ſuſcipere.* Hæc ille: Jung. Fauſt. von Aſchaffenburg *Conſil. pro Ærar. claſſ. II. conſ. 12. Ord. 605.* Quod ſi tamen operæ pretium fieri, patriamque levari non poſſe proſpiciat, aut aliam quamcunque juſtam excuſationis cauſam allegare norit, quò minùs is, qui huic Spartæ deſtinatur, eandem repudiare poſſit, nexum, quo patriæ adſtringitur, haud obeſſe arbitramur: Unde Fabric. *Origin. Saxon. lib. VII. fol. 834.* refert, Imperium in Comitiis An. 1495. Wormatiæ celebratis, ab Alberto III. Saxoniæ Duce (cujus vitam Celeberr. Schurtzfleiſch peculiari Diſſertatione deſcripſit, quemque Innocentius VIII. Pontifex M. dextram Imperii manum, Fridericus III. Imp. Patrem ſuum & Cuſtodem Salutis publicæ appellavit) enixè petiiſſe, ut patrocinium Imperii dignetur ſuſcipere, & contra Gallos hoſtes publicos ſummam rerum ſibi decerni, ſeque Ducem nomine publico deſignari patiatur: Albertum autem, cui grata quidem gravis hæc de ſuâ virtute exiſtimatio fuerit, onus hoc ſenectuti ſuæ impar recuſaſſe: Jung. Schurtzfleiſch. *Diſſ. de Vitâ Alberti III. Duc. Saxon.* §. 34. quamvis privata fortean iſta compellatio fuerit, ſeriò enim de hac re tùm actam non fuiſſe, ex Actis Comitialibus iſtius Diætæ con-

concludit Dn. Datt. *d. tr. lib. III. cap. 4. n. 55. ſeq.* Nam ex hiſce apparet, cùm jam ad finem ſuum hæc Comitia vergerent, & incerti viderentur communis denarii proventus, totum hoc negotium ulteriori deliberationi & conſultationi in Diætâ ſequentis anni deſuper inſtituendâ relictum fuiſſe. Dn. Datt. *d. l. §. 75. n. 26.*

§. XXVI.

Neque tamen Summus Militiæ Imperialis Præfectus Germaniam ingratam ſemper experitur, licet tantâ egeſtate publicâ laboret, ut ſumptûs, qui ad finium tutelam, & bellum adminiſtrandum requiruntur, vix ac ne vix quidem à ſingulis extorqueantur. vid. Guſtmejer *d. tr. lib. II. tit. 2. per tot.* Fabri Europæiſch. Staats-Cantzley *part. XII. cap. 6.* & proinde ſolam rerum gerendarum aut defenſæ patriæ gloriam expectare plerumque poſſit: ſed ſtipendium ipſi pendi ſolitum fuiſſe, conſtat ex R. A. zu Speyr. de A. 1542. §. Alſo haben Wir ꝛc. 24. in fin. ibi: Mit deme man der Beſoldung ſeiner Hauptmannſchafft und anders verglichen und vereiniget iſt/ wie das Sr. Liebde Beſtallungs-Brieff innhält ꝛc. & §. 47. Und damit auch der Obriſt-Feld-Hauptmann ſampt andern ihme zugeordneten Befehlhabern/ wie ſich nach Sage ihrer Beſoldung gebühret / unterhalten werden mögen ꝛc. P. Müller. *Diſſ. de Copiis Auxiliar. Imperii. §. 13.* Et licet recentioribus bellis ejus determinationem Cæſaris arbitrio ab Imperio relictam fuiſſe notet And. Müller *Continuat.* deß Verwirrten Europæ. Petr. Valkeniers *Part. VI. pag. 336. b.* ubi ita: Die Gröſſe Ihrer (der ſamptlichen Generalen) Beſoldung ſtellte man Kayſerl. Majeſtät anheimb / maſſen dieſelbe nicht allein das Haupt/ ſondern auch die Verſammlung deß Lagers keine Zeit verſaumen ſolten ꝛc. Attamen anterioribus temporibus ab Imperio certam quandam ſummam Summo Belli Duci hoc nomine aſſignatam oſtendit R. A. de A. 1500. tit. 68. Item ſoll Ihme (dem Hauptmann) für ſeine Müh und Arbeit jeglichen Monats dreyzehenhundert Gulden gegeben werden ꝛc. quantula verò ad præſentis temporis luxum ſumma? neq; hæc inſecutis temporibus multùm aucta; Nam in expeditione Turcicâ Ann. 1664. Generali Campi-Mareſchallo ſtipendium menſtruatim 1800. uncialium conſtitutum legitur apud Auth. *Diar. Europ. Cont. X. pag. 86. ſeq.* unde mirandum non eſt, Eundem cum reliquis Ducibus occaſione juramenti coram certis ab Imperio Deputatis præſtiti, de tenuitate hujus ſtipendii queſtum, referente Londorp. *Part. IX. lib. X. num. XXI.* ibi: Benebenſt aber (Supremus Campi-Mareſchallus) umb

Beſſerung ſeiner und der übrigen Herrn Generalen Gage angeſucht/ von Jhro Chur-Fürſtl. Gnaden (Electore Moguntino) aber haben ſie keine andere Reſolution erhalten/ dann daß/ wie Chur-Fürſten und Stände dero Nachtheil und Schaden nicht begehren würden: Alſo ſolte ſolches Jhro Durchl. Anſuchen in den Collegiis proponirt werden: Jung. d. R. A. de A. 1500. d. t. 66. in fin. ubi Imperium de ampliori ſumma, ſi opus fore arbitretur Regimenti Senatus, ſpem facit. Solvitur autem hoc ſtipendium Summi Ducis ex pecuniis à Statibus juxta matriculam Expeditionis Romanæ, deß Römer-Zugs/ vel cenſum communis denarii, dem gemeinen Pfenning/ vel denique ſecundum peculiarem ab utroque diſtinctum modum, qui dicitur der gütigen Tractaten mit den Ständen/ conferri ſolitis, qui priores duo in Expeditionibus Turcicis admodùm frequentes erant, de quibus plura videri poſſunt ap. Limnæ. J. P. *lib. II. cap.* 4. & *lib. IV. cap.* 7. Sprenger *Inſtit. J.P. lib. I. cap.* 20. Gaſtel *d. tr. cap.* 38. Struve *Diſſ. de Ærar. Milit. part. I. ſect.* 3. §. 12. Fauſt. *d. tr. Cl. II. Ord.* 595. & 598. *Claſſ. XVIII. Conſ.* 58. *Ord.* 1330. Maurit. *Diſſ. de Matriculâ.* §. 26. Hæ enim Collectæ Imperiales non in aliam, quam deſtinatum publicæ defenſionis finem convertendæ ſunt. R. A. d. A. 1576. §. 27. Textor *Jur. Publ. Cæſar. tit. XII. n.* 341. *ſeqq.* atque in his privilegium quoddam prælationis Summo Duci tribuit R. A. de A. 1500. tit. 74. Und ſoll gemeldter Hertzog Albrecht ſeines Solds für ſich und die Seinen auff dem Geldt/ ſo von deß Reichs Anſchlag fallen wird/ verwieſen/ verſichert und fähig ſeyn/ alſo daß Jhm und den Seinen ſolcher ihr Sold zu jeder Zeit durch deß Reichs Regenten von dem Geldt deß Anſchlags/ ſo jederzeit vorhanden ſeyn wird/ vor allermänniglich entricht und bezahlt werden/ daß auch den gemeldten Regenten alſo in ihren Eyd gebunden werden ſoll ꝛc. Interim ne ſic quidem Ipſi ſatis cautum, ſed ob moroſam ſingulorum Collationem ægrè pecuniam repræſentatam fuiſſe, conſtat ex Actis ap. Londorp. *Cont. IX. lib. X. num. LXII. & paſſim.*

§. XXVII.

Uſu antiquiſſimô invaluit, ut Regum & Principum ſimplex fides par reputata fuerit juratæ privatorum aſſertioni & promiſſioni, deducente & exemplis illuſtrante Mylero ab Ehrenbach *Nomolog. cap. VI.* Extenſum hoc poſteà ad reliquas perſonas Illuſtres S. R. Imp. ita, ut in vulgatam abierit regulam, quod promiſſio ſub fide Principali ſit loco juramenti, ſive

quod

quod ſi Princeps, Comes, aut Baro aliquis bey ſeinen Fürſtlichen/ Gräfflichen/ Freyherrlichen Ehren und Worten/ quid promiſerit, promiſſio iſthæc vim & effectum juramenti realiter præſtiti habeat, jurataeque privatorum promiſſioni æquipolleat. Jung. R. A. de A. 1555. §. Und da ein Chur-Fürſt ꝛc. 58. ibi: Und die ſo Fürſtlichen Stammens und Weſens / bey Verſprechung und Zuſag Ihrer Fürſtlichen Würden und wahren Worten gelaſſen/ aber die andere über obgemeldtes einen leiblichen Aydt ſchwöhren ꝛc. Barchamp. *Theſaur. Clauſul. cap. 31. ſ. 2.* Beſold. *Theſ. Pract. voce* Treu und Glauben ꝛc. Herm. Zoll. *de promiſſ. generoſ. fide vallat. vulgò Cavalliers-Parole Part. II. cap. I. & cap. VI.* ubi ingentem DDrum exercitum adducit. Excellent. Dn. D. Graſs, Patronus, Præceptor atque Hoſpes noſter Colendiſs. *Diſſ. de Promiſſion. ſub amiſſ. Honor. θ. 11.* id quod & in Nobilibus Imperii immediatis locum ſibi vindicat, ut quod ſub fide Nobilitatis bey Adelichen Treuen und Glauben oder Adelichen Ehren promittant, loco juramenti cedat. Myler. *d. tr. ſect. I. cap. 2. num. 17. ſeq.* Maurit. *de Nobilitat. θ. 37.* Dn. D. Schweder *Diſſ. de Privilegg. Perſonar. Illuſtr. ſect. II. cap. 1. θ. 44.* ubi poſt Mylerum variè hoc ampliat. Sed tamen hoc Illuſtrium perſonarum privilegium non indifferenter vires ſuas obtinet, ſed easdem perdit in caſu, ubi Lex, vel Conſuetudo, vel Pactum ab iisdem corporale juramentum exigit; Tunc enim ejusmodi aſſeverationes non ſufficiunt, ſed perſonæ tales ad præſtandum corporale juramentum adſtringuntur. Dn. D. Schweder *d. l.* B. D. Scheinemann *de Tempeſtivit. Ætat. Human. Part. II. cap. 7. §. 12.* Sic non modò Electores S. R. Imp. antequam ad novi Imperatoris ſive Regis Rom. electionem progrediantur, corporale juramentum, admotis pectori manibus ab Eccleſiaſticis, à Secularibus verò tactô S. Johannis Evangeliô (quem ritum examinat Venerandus hujus Eberhardinæ Theologus Dn. D. Hochſtetter *Diſſ. de Jurament. & quorundam circa ea ſolennium moralitat. θ. 11. ſeqq.*) ob majorem religionem ſibi invicem de idoneo Populi Chriſtiani Capite temporali eligendo præſtare tenentur, vigore *A. B. cap. II.* ſed & ipſe electus Imperator vel Rex Romanorum dein ſimiliter tactis SS.tis Evangeliis ſolenne & formale ſuper Capitulatione firmiter obſervandâ Electoribus dat jusjurandum: & iteratò in Coronatione corporali juramento obſtringitur. De Jena *de Elect. Imp. Diſp. V. θ. 2. lit. c.* Ita porrò Principes & Illuſtres Vaſalli corporali juramento in inveſtiturarum receptionibus ſe ad fidem Imperio & Imperatori præſtandam adſtringunt; Denique & Summus Militiæ Imperialis Præfectus ſolen-

ni

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-231602-p0065-2

di juramento Cæſari & Ordinibus obligari hactenus ſuevit. Goldaſt.
Reichs-Satzungen *part. XI. fol.* 162. §. 25. R. A. de A. 1500. tit. 57.
ubi formulæ antiquiores exhibentur; à quo nec Principes aut aliæ perſonæ
Illuſtres, quæ hoc Officium geſſerunt, immunes fuerunt: Ita Marchio Ba-
denſis Generalis Campi-Mareſchallus Imperii, coram certis Trium Colle-
giorum Deputatis, præſentibus Electoribus Moguntinô & Saxonico anno
1664. in Comitiis Ratisponenſ. juramentum præſtitit, cujus ſolennia vid.
ap. Londorp. *Cont. IX. lib. X. Num. XXI.* Pariter quoque Fridericus, Mar-
chio Badenſis anno 1674. unà cum reliquis exercitûs Ducibus in Comi-
tiis Ratisponenſ. juramentum corporale coram certis ab Imperio Deputa-
tis præſtitit: cujus Actus ſeriem exhibet Hagmejer *d. Comit. cap. IX. p.
63. ſeq.* Capita juramenti ab ipſo præſtiti in principio ejusdem Directorii
(uti alias vocant) ſive Inſtructionis apud Londorp. *d. l. Num. XVIII.* hæc
proponuntur: Und zwar erſtlichen wird der Feld-Marſchall/ gleichwie
Er von der Röm. Kayſerl. Majeſtät und dem H. Reich zum Feld-
Marſchall angenommen und beſtellt worden; Alſo auch ſich dahin/
vermittelſt Abſtattung eines würcklichen Aydts pflichtbar zu machen
haben/ der Röm. Kayſerl. Majeſtät und dem Reich getreu/ hold und
gehorſam zu ſeyn; derſelben gemeinen Nutzen/ Frommen und Beſtes
zu werben und zu befördern / Schaden und Nachtheil abzuwenden/
und Ihme deß Reichs-Volck/ ſo Demſelben zugegeben wird/ getreulich
befohlen ſeyn zu laſſen; wiſſentlich nichts/ ſo Ihro Kayſerl. Majeſtät/
wie auch Chur-Fürſten und Ständen deß H. Reichs zuwieder/ für-
zunehmen noch zu handlen; wie auch allen feindlichen Uberfällen und
deß grauſamen Feinds Beginnen offenſivè und defenſivè zu widerſte-
hen und vorzukommen/ ſich nach allem beſten Wiſſen und Verſtand/
Vermögen und Kräfften angelegen ſeyn zu laſſen; daß Er auch die
Völcker/ ſo Ihme untergeben/ zu niemandens Vergwaltigung und
Oppreſſion, ſondern nur bloß zu der Röm. Kayſerl. Majeſtät und deß
Reichs und geſampten Ständen rc. Defenſion und Hintertreibung deß
Türcken Einbruch ins Reich obgedachter maſſen gebrauchen; in
allen wichtigen Haupt- und Kriegs-Staats-Sachen jederzeit der zu-
gegebenen Reichs-Directorn und Kriegs-Räth Gutachten vernehmen/
und dann ohne Vorwiſſen derſelben/ ſo viel es die Zeit und Gelegen-
heit geben wird/ nichts ſchlieſſen oder verordnen/ und in allem ſich alſo
verhalten / wie ſolches einem auffrichtigen und getreuen Fürſten und
Feld-Marſchallen obligt und gebühret/ und hernachfolgende und künff-
tig

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-231602-p0066-8

tig etwan noch weiter zukommende Inſtruction und Befehl außzweiſen/ ohne Gefährdt ꝛc.

§. XXVIII.

Ut verò Summus Militiæ Imperialis Præfectus clavum Regiminis exercitûs ritè apprehendere queat, Diplomate Cæſareo vid. Eiſenhard. *Diſſ. de Jure Diplomat. cap. I. §. 4. n. 3. & cap. II. §. 2.* inſuper munitur, eôque non ſecus ac Legati Literis Credentialibus Kulpis *de Legat. Stat. Imp. cap. I. §. 4.* ad iſthoc munus auctoratur; Horum exemplum ex Londorp. *Act. Publ. Cont. IX. lib. X. Num. XXXV.* hoc loco ſubjiciemus:

LEOPOLD von Gottes Gnaden/ Erwählter Röm. Kayſer ꝛc. Entbieten allen und jeden Chur-Fürſten/ Fürſten/ Geiſt- und Weltlichen Prælaten/ Graffen/ Freyherren/ Rittern/ Knechten/ Land-Marſchallen/ Lands-Hauptleuthen/ Land-Vögten/ Hauptleuthen/ Vitzthumben/ Vögten/ Pflegern/ Verweſern/ Amptleuthen/ Land-Richtern/ Schultheißen/ Burgermeiſtern/ Richtern/ Räthen/ Burgern/ Gemeinden/ und ſonſt allen andern Unſern und deß H. Reichs/ auch Unſerer Erb-Königreich/ Fürſteuthumb und Landen Unterthanen und Getreuen/ was Würden/ Stands oder Weſen die seynd/ wie auch allen deß Reichs/ ſowohl als anderer Chriſtlichen Potentaten/ über die/ Uns wider den Erb-Feind Chriſtl. Nahmens/ den Türcken/ zugeſchickte Völcker beſtellten Generalen zu Roß und Fuß/ Feld-Marſchallen/ Obriſten Feld-Zeugmeiſtern/ Feld-Marſchall Lieutenant, Obriſt-Feld-Wachtmeiſtern/ General-Quartiermeiſtern/ Obriſten/ Obriſt-Lieutenant, Obriſt-Wachtmeiſtern/ Rittmeiſtern/ Hauptleuthen/ und ſonſt andern Hohen und Niedern Befehlshabern und gemeinen Soldaten zu Roß und Fuß/ Unſere Kayſerl. Gnad und alles guts; und fügen denſelben hiemit zu wiſſen: Nachdeme die zum Crayß-Corpo wider den allgemeinen Erb-Feind concurrirende Chur-Fürſteu und Stände über erſtgedachte Armada, zu einem Reichs-Feld-Marſchallen den (Tit.) LEOPOLD WILHELM/ Marg-Graffen zu Baaden/ auff Unſer Gnädigſtes Gutheiſſen/ auff- und angenommen/ Wir auch wider ſolchen Uns gehorſamſt hinterbrachten Schluß kein Bedencken gehabt/ ſondern darein Gnädigſt gewilliget/ auch hierauff Seine/ des Marg-Graffen Liebd. Uns/ wie auch Chur-Fürſten und Ständen die Pflicht geleiſtet; Als werden demnach alle und jede erſtgemeldten Marg-Graffens von Baaden Liebden für einen Reichs-Feld-Marſchallen zu erkennen und zu ehren hiemit erinnert/ ſonderlich aber bey ſolchem Reichs-Corpo ſtehende Generals-Perſohnen/ Hohe und Niedere Officier/ Befelchshaber und gemeine Soldaten zu Roß und Fuß/ von Uns auch Chur-Fürſten und Ständen wegen hiemit an gemeldten Marg-Graffens Liebden gewieſen/ und zugleich in krafft der Eyd und Pflichten/ womit ein jeder Uns/ auch Chur-Fürſten und Ständen beygethan und verbunden/ ermahnt/ berührten Marg-Graffens Liebden/ als Ihres vorgeſetzten Reichs-Feld-Marſchalls Kriegs-Commando und Befelch unverweigerlich zu gehorſamen und zu pariren/ und im übrigen ſich alſo gegen deme zu bezeugen und zu verhalten/ wie es der Reſpect eines Feld-Marſchallen/ wie auch eines jeden tapffern und rechtſchaffenen

 Offi-

Officiers und Soldaten erfordert. Geben in Unſerer Stadt Lintz den 24. Martii 1664. Unſers Reichs deß Römiſchen im Sechsten/ deß Ungariſchen im Neunten/ und Böhmiſchen im Achten Jahr.

# CAPUT TERTIUM.

## *Summi Militiæ Imperialis Præfecti* *Jura delineans.*

### Summaria.

§. 1. *Connexio cum prioribus.*

§. 2. *Quantum poteſtatis veteribus Germanorum Ducibus competierit?*

§. 3. *De poteſtate Ducis Summi ex mandatô, vulgò* die Inſtruction, *judicari debet.*

§. 4. *Mandati formula eſt vel adſtrictior vel laxior.*

§. 5. *Res Immobiles Summi Militiæ Imperialis Præfecti ductû captæ Imperio acquiruntur.*

§. 6. *An Imperator ex hiſce terris acquiſitis Summum Militiæ Imperialis Præfectum remuneraturus totius Imperii, an Electorum tantùm conſenſu opus habeat?*

§. 7. *Quantum Summus Militiæ Imperialis Præfectus participet de prædâ?*

§. 8. *Quantum de Contributionibus Bellicis?*

§. 9. *Quantum circa diſciplinam militarem & pœnarum temperamentum Eidem liceat?*

§. 10. *Quantum in Principem Imperii militantem in caſtris delinquentem?*

§. 11. *Summo Militiæ Imperialis Præfecto Exercitus olim juramentum præſtabat; Ipſe Ordinationes Caſtrenſes condere, Præfectos Militum & Senatûs Bellici membra creare, & iſtos quoque exauctorare &c. poteſt.*

§. 12. *Eidem Suprema Annonæ militaris* (Proviant) *Directio competit; Ipſius Imperium Commiſſarii Militares Cæſarei, vi Decreti Cæſarei, quod exhibetur, agnoſcere tenentur.*

§. 13. *An Summus Militiæ Imperialis Præfectus nova munimenta intra Statuum ditiones extruere, veterave præſidiis firmare poſſit?*

§. 14. *An Pacem pangere?*

§. 15. *Aut Inducias, pactumve ſuper redimendis captivis (vulgò Cartel) cum hoſte facere poſſit?*

§. 16. *Quid ſi Summus Militiæ Imperialis Præfectus ab hoſtibus capiatur, quis Lytrum exſolvere teneatur?*

§. 17. *Summus Militiæ Imperialis Præfectus, ſi quid de ſuô in bellum erogaverit, repetere poteſt.*

§. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-231602-p0068-9

## §. I.

POſtquam proximò Capite ea, quæ ad conſtituendum Summum Militiæ Imperialis Præfectum Leges & Conſtitutiones Imperii requirunt, ex harum ore hauſerimus, ſupra autem monitum fuerit, non nudos ſaltem honores & inanem titulum hoc officium adjicere, ſed Jus quoque actus Imperatorios ſive munia Belli Ducis, quæ in regendis expeditionibus bellicis exercituque conſpiciuntur, exercendos Eidem tribuere: Proximum jam eſt, ut de poteſtatis hujus amplitudine & limitibus, cæterisque ei competentibus juribus diſpiciamus, & quantum juris Summo Belli Imperialis Duci officium hoc tribuat? aut olim tribuerit? cùm ex ipſius naturâ & indole, tùm ex ipſis Sanctionibus Imperii Pragmaticis, denique ex ſuperiorum temporum exemplis, impræſentiarum explicemus.

## §. II.

Ne autem veterum incurioſi recentia ſaltem ſectemur, liceat nobis paululùm ad Majorum noſtrorum inſtituta remeare, atque cùm à priſcis Germaniæ populis ſingulis ſeorſim, vel nonnullis eorundem junctis, Duces coorto bello gerendo delectos fuiſſe, in ſuperioribus innuerimus, *quàm latè horum poteſtas patuerit?* hoc loco disquirere. Neque enim conſentiunt primi Germanicarum rerum, quorum Scripta ad nos pervenerunt, Scriptores J. Cæſar & C. Tacitus, Illo ſatis amplos Eisdem aſſignat limites, dum *lib. VI. Comment. de Bell. Gall. c. 22.* bellico Germanorum Magiſtratui vitæ necisque poteſtatem tribuit. Jung. Rhet. *Diſſ. d. Pace §. 28. in fin.* multò anguſtiores verò alter *cap. I. de Morib. Germ. n. 1.* quando *Duces exemplo potius, quàm Imperio, ſi prompti, ſi conſpicui, ſi antè aciem agant, admiratione præeſſe,* ait. *Ceterùm,* pergit, *neque animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem. niſi Sacerdotibus permiſſum, non quaſi in pœnam, nec Ducis juſſu, ſed velut DEO imperante.* In hoc diſſenſu Conring. *Diſſ. de Ducib. & Comit. Imp. §. 5.* & Hahn. *de Var. Poteſt. Popul. Rom. & German. Imp. apud Fritſch. Ex. Part. I. §. 67.* Stryk. *de Milit. Imp. c. 1. §. 9.* Taciti, utpote cui res Germanicæ magis perſpectæ fuerint, teſtimonium Cæſari præferunt; Neque enim ipſis veroſimile videtur, ejusmodi temporariis Ducibus plus Germanos tribuiſſe, quàm perpetuis Belli Ducibus ſive Regibus, quorum quæ fuerit poteſtas, ipſe docet Cæſar *lib. V. de Bell. Gallic.* ubi Ambiorix dimidiæ Eburonum partis Rex, *ejusmodi imperia ſua eſſe fatetur, ut non minus haberet juris in ſe multitudo, quam ipſe in multitudinem:* ſed Idem ille Conringius de-

 inde

inde in recentiore *Diſſ. de Republ. Antiquâ Vett. German.* §. 30. Cæſarem & Tacitum ita conciliat, ut de diverſo tempore utriusque teſtimonium admittat. Illô enim in Galliis adhuc agente, Duces Germanos, qui rei ſummæ præeſſent, cum plenariâ vitæ necisque poteſtate electos fuiſſe exiſtimat: Poſteà autem fortunæ & bellorum ſucceſſu libertatem Germanorum mirum quantum creviſſe, addit Vir Celebratiſſimus, ſublimioresque animos gerere, & altius quoddam atque indomitum ſpirare cœpiſſe, adeò ut ſuâ libertate minimè dignum reputaverint, uni ſe regendos permittere, huncque animorum habitum tempore Taciti adhuc duraſſe, ut adeò mirum videri haud debeat, Ducibus Bellicis eo temporis articulo electis tam reſtrictum imperium ab illo adſcribi. Quicquid verò de poteſtate illorum Ducum dici poſſit, non tamen illud rectè colligitur, omninò nil poteſtatis fuiſſe Ducibus. Parendum enim haud dubiè erat ipſorum imperatis, licet ipſi in inobedientes animadvertere fortè non ſemper potuerint, nec ſoli de re alicujus momenti ſtatuere.

§. III.

Verùm ſi quis noſtrô tempore de poteſtate Summi Ducis Bellici exactius judicium ferre velit, voluntatem eorum, qui ipſum bello præfecerunt, quorumque auctoritate hoc munus ſuſtinet, intuendam eſſe, ipſa ratio poſtulat. Quod cùm ab Imperiô proficiſci, proximô Capite deductum fuerit, hujus in arbitriô poſitum erit, quantam agendi libertatem Eidem in rebus bellicis largiri velit; Necquicquam enim Ipſi hoc nomine competere poteſt, quod fontem hunc non agnoſcat. Solet autem Summus Militiæ Imperialis Præfectus, uti omnes Belli Duces ſuperiores, præter Diploma, quô publicè fides de ejus perſonâ fit, inſuper ſecretis mandatis, quæ vulgò die *Inſtruction* und *Ordres* dicuntur. P. Müller *de Mandat. Ducum Militar. cap. IV.* §. 2. & 3. Rhet. *d. Diſſ.* §. 12. vel initiô ſuſcepti muneris, vel etiam poſteà, prout tempus & occaſio expoſcit, identidem inſtrui; hæcque modum, rationem formamque & ordinem negotiorum bellicorum plerumque continent, & inſtar explicationis aut interpretationis generalioris mandati ſe habent, intra cujus cancellos poteſtas Summi Militiæ Imperialis Præfecti coërcetur. Jung. Kirchner. *de Legat. lib. I. cap. 7. n. 20. ſeq.* Grot. *de J. B. & P. lib. II. cap.* 11. & 12. add. S. Pufendorf. *Rer. Brandenburg. lib. XII.* §. 47. & hinc unicè petenda eſt norma, ad quam actus omnes, tanquam ad Lapidem Lydium, examinantur, & quam irrefragabiliter Summus Belli Dux ſequi tenetur. Bœcler *de Religion. Mandat. cap. III.* §. 15. Nam licet ſit inſtrumentum Summæ

Po-

Poteſtatis & Imperii Rom. German. quoad regimen militare, & quicquid agit, publicis auſpiciis agat, id tamen ulterius extendendum non eſt, quàm Summa Poteſtas & Imperium voluiſſe per ſecreta iſta mandata declaravit, in hiſce enim ſubordinatio iſta voluntatum fundamentum capit, & quoties hæc deficit, non ita agit ſuâ voluntate, ut ea voluntas ab alterâ pendeat, & proinde extra oleas officii ſui vagatur. Jung. Kulpis. *de privat. in hoſt. excurſion. cap. I* §. 5. Fritſch. *part. II, Ex. J. P. XIV.* §. 86. *ſeqq.* Horn. *de Civitat. lib. II. cap.* 12. §. 10. Grot. *de J. B & P. lib. I. cap.* 4. §. 6. *n.* 1. Bœcler *ad d. cap. I. Grot.* §. 1. *p. m.* 265. Vitriar. *Inſt. Jur. Nat. & Gent. lib. I. cap.* 4. *qu.* 4. Maximè autem in Bello, ex quo Reipubl. ſalus & fortuna pendent, apprimè providendum, ne in arbitrio Ducis ſitum foret, eandem temerè incerto decretoriæ pugnæ eventui exponere, aut alio modo in viſcera ejusdem hoſtem pertrahere, & adeo pro lubitu bellum adminiſtrare: quamvis ex adverſo negari nequeat, ſtrictiora mandata bellica rei benè gerendæ haud parum aliquando obfuiſſe, multoque felicius militares expeditiones, virtuti & fidei Ducis in ſolidum commiſſas, ſæpius ceſſiſſe: quod ſi enim Summa Poteſtas de ſingulis conſuli ſe à Summo Duce velit, quùm varia belli fortuna ſit, & præcipites rerum agendarum occaſiones, quas ſolus intelligit, & arripere poteſt, qui præſens rebus gerendis intereſt, imò præeſt, multis modis errare poterit circa res, quas coram cernere non poteſt. Strauch. *Diſſ. de Induciis Bell. cap. II.* §. 3. id quod Florentinis Venetisque olim non ſemel contigiſſe, obſervat Machiavell. *Diſp. de Repnbl. II. cap. ult.* eo, quod ſingula, quæ ab Imperatoribus Bellicis fiunt, & cognoſcere & conſilio moderari voluerint, adeò ut ne tormenta quidem bellica ad feriendam urbem vel alio loco vel aliter, quàm à Senatu in mandatis habuerunt, collocari auſi fuerint eorum Duces. add. Caſp. Barlæus *de Reb. Geſt. in Braſil. ſub Comit. Maurit. Naſſov. p. m.* 294. *ſeq.* Melius itaque Tiberius, qui Druſum ad exercitum nullis certis inſtructum mandatis, ſed è re conſulturum miſit. Tacit. *Annal. I*, Forſtner *ad Eund. p.* 94. *ſeq.* jung. Ziegler *ad Grot. lib. III. cap.* 22. §. 4. Unde hanc laxiorem agendi formulam Duces Summi, haud ignari, quantum ad bellica negotia proſperè expedienda iſta conducat, quantumque momenti in eâ ſita ſit, ſæpius ipſi efflagitarunt. vid. Loccen. *Hiſtor. Suecic. lib. IX. p. m.* 661. De Cæſareo Duce Comite Montecuculi ita ſcitè in hanc rem loquitur Andr. Müller *Contin. P. Valkeniers* Verwirzten *Europæ Tom. I. Part. VII. pag.* 682. *á.* Nach reiffer Erwegung beſchloß der Kriegs-Rath/ dem Graffen von Montecuculi dieſes (deß Feld-Herrn) Ampt

 auff-

auffzutragen. Dieſer ein Mann von hohem Alter und ermüdeter Natur/ ſuchte dieſe Laſt von ſich zu werffen/ ließ ſich aber gleichwohl auff ernſtliches Anſuchen Sr. Kayſerl. Majeſtät endlich bewegen/ doch mit dieſem Beding/ wordurch er einen guten Außſchlag verhoffte. Er begehrte erſtlich eine vollkommene Macht/ eine Sache/ die Unſers Urtheils einem Feld-Herrn ſo hochnöthig iſt/ daß man es dem Glück mehr/ als der Weißheit zuzuſchreiben hat/ wann ohne dieſelbe ein Feld-Zug glücklichen zu End gebracht wird/ weilen es ohnmöglich ſcheinet/ daß man die unendliche Kriegs-Fälle zuvor ſehen/ und darnach einen Feld-Obriſten an dieſe oder jene ſcharffe Ordre verbinden kan ꝛc. Sed & Fridlandiæ Dux denuò oblatum ab Imperatore imperium armorum accipere dedignatus eſt, usque dum in plures conventionis cum iſto initæ Leges deſcenſum, quarum agmen ducebat: *Fore Fridlandum totius Auſtriacæ Domûs aſſenſu Exercitûs Generaliſſimum in formâ abſolutiſſimâ, nec Cæſarem ipſum, nec ejus Filium hoc munere functuros;* uti refert S. Pufendorfius *Rer. Suecic. lib. III.* § 53. Quâ tamen poteſtate eum acerbè uſum fuiſſe, querela Electorum ad Imperatorem ap. Limnæ. *ad Capit. Leopold. art. 40.* quam exhib. *Tom. II. Addit. ad lib. I. cap. 12. p. 618.* teſtantur, iisdem enim Cæſarem rogant: Der Armada ein ſolches Capo vorzuſetzen/ zu welchem die Stände ein zuverſichtliches Vertrauen haben mögen/ und daſſelbe auff die Reichs-Conſtitutiones, und in vorfallenden wichtigen Sachen und Impreſſen mit deß Reichs Chur-Fürſten/ wo nicht allen/ doch auffs wenigſt der nächſtgeſeſſenen Rath und Gutachten/ und nicht eben alles abſolutè zu diſponiren und zu dominiren/ (weil ſolches im Reich nicht herkommen und zuläſſig) zu verfahren/ angewieſen werde ꝛc. Sed non eadem ſemper temporum eſt ratio: Prudenter iſta monebant Septemviri eâ tempeſtate, quâ in Civilibus Imperii turbis opprimendæ Statuum libertati ſævo iſtius Fridlandi ingenio talia arbitraria imperia demandabantur; At ſi quis in bellis à toto Imperio adverſus exteros hoſtes ſuſceptô circumſcripta mandata ſcrupuloſius exigat, plus fortean noxæ inferet patriæ, quam hoſti.

§. IV.

Quod ſi itaque Summus Militiæ Imperialis Præfectus liberam agendi formulam acceperit, ejusque fidei & prudentiæ expeditiones bellicæ, & hoſtibus nocendi viæ rationesque tranſcribantur, (id quod Galli vocant *donner carte blanche, ce qui eſt donner une entiere liberté de faire ce qui luy plaira, ou de ne pas faire.* Richelet *Dictionaire voc, Carte:*) ad ſin-

ſingulos actus belli novis ſubinde mandatis opus non habet, cùm ſub præcedentis mandati generalis ambitu, ea quæ huic ſcopo obtinendo conducunt, contineantur. Jung. Ludolph. Schrader *Conſ. 40. num. 98.* Card. Tuſch. *Tom. V. lit. m. Pr. concl 50. per tot.* Pufendorff. *Elem. Jurispr. univerſ. lib. I. def. 14. §. 4.* Grot. *de J. B. & P. lib. III. cap. 22. §. 2.* Nec alio fine libera de bellicis expeditionibus diſponendi facultas eidem collata, quàm, ut ne operationes bellicæ retardentur, reique benè gerendæ occaſiones, dum nova ſemper mandata præſtolari neceſſum habet, è manibus elabantur. Sed ſi agendi pro arbitrio poteſtas Summo Belli Duci facta non fuerit, verùm certus duntaxat belli actus eidem demandatus, inſimul vero ſpecialis forma illi aſſignata fuerit, ut v. g. ſuppoſitis certis hoſtium viribus, diſpoſitionibus & machinationibus urbem quandam obſidione cingat, aut manum cum hoſte conſerat, tùm monente Cæſare *de Bell. Gall. lib. IV. cap. 3.* non liberè ad ſummam rerum conſulere, ſed ad præſcriptum agere, nec niſi hæc omnia, quibus ſuperſtruitur mandatum, quantum quidem licet, perſpecta habeat, illud exſequi ipſi integrum erit. Klein *Diſſ. de Inobedient. Impun. cap. I. §. 9. & cap. VI. §. 4.* Nam ſi rei privatæ procurator, cui negotium certâ ratione expediendum commiſſum fuit, præciſè ad eam formam executionis adſtringitur. *l. 5. pr. ff. Mandat.* Joh. Petr. Surd. *Dec. 209. n. 6. ſeq.* Hug. Donell. *lib. 18. Comment. Jur. Civ. 18.* quantò magis is, cui negotium tanti momenti, quodque periculo Reipubl. expeditur, certò modô exſequendum imponitur. Neque affulgentis fortè rei haud improſperè, contra mandatum tamen gerendæ illecebra ab obſequii gloriâ Eum dimovere debet, poteſtatis enim mandantis non poteſt ea præſumi voluntas, quaſi ob incertum quoddam commodum periculoſæ belli aleæ ſummam rei exponere cupiat; bellici enim eventus quàm ſint ancipites, quàmque ſæpè optima conſilia corrumpat fortuna, nemo non novit, neque ſufficit videre, quid hoc rerum ſtatu ſummam poteſtatem habenti ſi conſulatur, placiturum ſit, ſed quid ille, ubi res moram fert, aut dubiam habet deliberationem, ſe inconſultô cupiat fieri. Nam ut maximè in aliquo facto particulari ceſſet inſpecta peculiariter ratio, quæ Summi imperantis voluntatem movit, non tamen ceſſat ratio ſumpta univerſaliter, quæ periculis occurri vult, quod fieri non poteſt, ſi ejus rei ad ſe judicium trahat Summus Belli Dux, Grot. *de J. B. & P. lib. I. cap. III. §. 5.* conf. P. Müller *d. Diſſ. cap. V. §. 1. ſeq.*

§. V.

Cæterùm ſi Summus Militiæ Imperialis Præfectus non ſtrenuè minus,

nus, quàm feliciter rem gerat, hoſtiumque viribus unâ alterâve clade de-
bilitatis, fines eorundem cum exercitu ingrediatur, occupatisque in ho-
ſticô locis munitis, provinciam aut integram aut ejus partem illi eripiat,
non ſui ea juris fit, ſed totius Imperii. add. Klock *de Ærar. lib. II. cap.*
*87. n. 20.* Publicô enim hic actu opus eſt, inducendus exercitus, expu-
gnandæ munitiones extructæ, aut extruendæ ſunt novæ, præſidia impo-
nenda, nec ſufficit nuda inſeſſio, ut ager hoſti eripiatur, ſed immò tantô
hic opus eſt apparatu, ut non alii quàm illi, cujus auſpiciis res geritur, Im-
perio ſcilicet, illud cedere, ipſa dictitet ratio naturalis. Grot. *de J. B. & P.*
*lib. III. cap. 6. §. 11.* Ziegler *de Jurib. Majeſt. lib. I. cap. 33. & 73.*
*ſeq.* totius enim Imperii nomine, & commnni Ordinum collatione & co-
piis bellum geritur, ut adeò iniquiſſimum meritò habeatur, eos, qui com-
muni ope, auxilio, conſilio & pecuniâ, commeatuque hoſtem debella-
runt, fructu victoriæ excidere. Burger *Centur. I. Obſ. Jur. Milit. 97. add.*
*1. Fend. 20.* ibi: *Vel niſi beneficium de communibus bonis emptum fuerit:*
*vel in hoſtem Regis acquiſierit. add. 2. Fend. 12. ibi: quod ſi cum equis*
*vel armis communibus vel pecuniâ communi acquiſitum, adhuc idem*
*dicunt.* Struv. *Synt. Jur. Fend. cap. IX. aph. 4. n. 2.* Joh. Chriſtoph. Li-
pold. *Diſc. Nomico-Polit.* von Krieg und Kriegs-Erwerb §. 2. idque
LLbus Imperii diſertè cautum: vid. Handhabung deß Friedens/ Rech-
tens und der Ordnung de *Ann. 1495. tit.* Was mit dem gemeinen
Pfenning erobert wird ꝛc. Was von Landen/ Leuthen/ Städten/ Fle-
cken/ Märckten oder Dörffern durch die gemeine Hülff und Pfenning
erobert wird/ ſoll dem gemeinen Reich vorbehalten ſeyn und bleiben:
Cui concordat Ordnung deß Regiments zu Augſpurg *de A. 1500. tit.*
Wo dem Reich Glück und Sieg zuſtünde ꝛc. Und ob uns GOtt der
Allmächtige Glück und Sieg/ als wir hoffen und bitten/ verleihe/ daß
der Hauptmann/ ſo verordnet werden ſoll/ mit deß Reichs Volck et-
was erobern oder gewinnen / oder daß ſich jemand an das Reich er-
gebe/ und ſich dem Reich zinßbar machen wird/ daſſelbe alles ſoll dem
Reich zuſtehen/ und dem verordneten Reichs-Rath getreulich über-
antwortet werden. Add. Reuter-Beſtallung *de A. 1570. tit. 96.* Li-
mnæ, *ad Capitul. Caroli V. art. 25. verb:* mit Rath und Hülff der Chur-
Fürſten. Cortrej. *Obſ. ad artic. 15. Tranſact. Paſſavienſ.* quam exhibet
*Tom. II. Corporis J. P. S. R. I.* Voluerunt quidem Imperatorem in ſuâ
Capitulatione de hoc nuncupatim cavere Ordines in ſuis monitis ad Capi-
tul. Leopoldin. *art. 11.* apud Author. der Grundveſte *Part. III. cap. 3.*

*ad*

*ad d. art.* 11. *num.* 8. Da ichtwas in denen Reichs-Kriegen gewonnen/ überkommen/ oder zu handen gebracht würde/ daß daſſelbe deß Kayſers und deß Reichs eigen ſey/ und damit nach Innhalt deß 30 Articuls gehalten werden ſolle: Sed de hiſce in Capp. Leopold. & Joſephin. *art.* 13. ubi de bellis Imperii agitur, & alibi, altum ſilentium eſt, quare cum ſpe & voto ſuo etiam hac in parte excidiſſe, nullamque ferè ſui in totâ Capitulatione rationem habitam fuiſſe cernerent Status, interpoſitâ proteſtatione, quæ ap. Auth. der Grundveſte *d. P. III. cap.* 3. *in fin.* extat, ſibi conſulere voluerunt, ſolitô Principibus more, ut cùm reipsâ carere cogantur, ſive in ſolatium amiſſi, ſive in ſpem recuperandi juris, ejusmodi verborum formulis uti ſoleant; quâ tamen proteſtatione an illud effectum, ut quatenùs ab hiſce monitis Capitulatio diſcrepat, omni authoritate & vi obligandi deſtituatur, & pro Lege quoque publicâ haberi nequeat? vid. ap. Conring. *ad Lampad. Part. III. cap.* 2. *§.* 25. *p. m.* 136. *& in add. p.* 269. Rhet. *Inſt. Jur. Publ. lib. I. tit.* 4. *§.* 41.

§. VI.

Illud autem, quò Ordines in calce monitorum *ad art.* 11. Capitul. Leopoldin. *§o antecedenti* relatorum digitum intendunt, & eôdem modô cum iis, quæ noviter armis Imperii acquiruntur, haberi volunt, quô cum feudis majoribus apertis ad Imperium reverſis, quæ juxta *art.* 30. Capitul. Ferdinand. IV. & Leopold. Joſephin. autem *art.* 29. neceſſitatibus Imperii ſervari jubentur, nec niſi Electorum (& ex ſententiâ Statuum totius Imperii vid. monita eorum ap. Auth. der Grundveſte *d. l. ad art.* 30.) conſenſu iterum ab Imperatore aliis conferri poſſunt, nos ad inquirendum invitat: *Anne Imperator fortitudinem Summi Militiæ Imperialis Præfecti remuneraturus, terras armis Imperii acquiſitas in præmium navatæ operæ, accedente nonniſi Novemvirorum conſenſu, ſive ſub Feudi lege, ſive ſupremi dominii jure, in Eundem transferre poſſit? An verò omnium Ordinum conſenſu ad hoc opus habeat?* Equidem poſteriori ſententiæ patrocinari videtur 1. Quod illud, quod de feudis apertis nonniſi conſenſu Electoralis Collegii iterum conferendis hucusque Sanctionibus Capitularibus cautum, non quascunque provincias, ſed eas ſolummodò complectatur, quæ Imperio lege beneficiariâ obnoxiæ jure dominii directi ad illud devolvuntur, cujus rei rationes latiſſimè proponit Itter *de Feud. Imp. cap. VII. §.* 10. *ſeqq.* Jung. Dn. D. Schweder *Diſſ. de Domanio S. R. G. Imp. θ. fin.* & proinde ad provincias hoſtiles bello ſubactas, quæ nunc demum Aquilas Germanicas revereri incipiunt, eadem Sanctio ſal-

K vis

vis regulis Hermeneuticis extendi, & ad ſolius Electoralis Collegii aſſen-
ſum inveſtitura iſtarum nova commodè alligari nequeat, ſed totius Im-
perii conſenſui rectiùs ſubjici videatur. Id quod & 2. Exteri Reges Prin-
cipesque, ſi quando in eos ab Imperio provinciæ alienabantur, ſuô ſuffra-
giô comprobarunt, utpote qui haud ſatis ſibi cautum putarunt, niſi omni-
um Imperii Ordinum conſenſus & approbatio acceſſerit. Ita cùm in Re-
gem Regnumque Galliarum Pace Cæſareo Gall. *art. VI.* Alſatia, Sund-
govia, Briſgovia &c. Jung. Obrecht *Prodrom. Rer. Alſat. cap. VII. p. m.*
*92.* & in Regem Regnumque Sueciæ per Pacem Cæſareo-Suecic. ejus-
que *art. X.* tota citerior Pomerania cum Inſulâ Rugiâ, Civitas Portusque
Wiſmarienſis, Archiepiſcopatus Bremenſis & Epiſcopatus Verdenſis &c.
& in Gallum quidem ſupremi dominii jure, in Suecum verò feudi Impe-
rialis titulô tranſcriberentur. vid. Burgoldenſ. *ad Inſtr. Pac. Weſtphal.*
*Part. III. diſc. 13.* Pfanner *Hiſtor. Pac. Weſtphal. lib. III. n. 115. ſeq.*
*& lib. IV. n. 1. ſeqq.* Statuum conſenſui ipſos ex parte accepta hæc tul ſſe,
verba *Inſtrum. Cæſareo-Gallic. §. 79. ibi: utpote ex communi Ordi-*
*num ſententiâ pro publicâ tranquillitate in alterius dominium legitimè*
*translatas &c.* innuere videntur. Quæ & porrò 3. *d. Inſtrum. Cæſa-*
*reo-Suecic. art.* 8. *verſ. habeantur &c.* corroborarentur, ſi quis ſub ge-
nerali clauſulâ *ſimilium negotiorum*, quæ enumeratis ibidem negotiis,
omnium Ordinum conſenſum requirentibus, ſubjicitur, & hanc ditionum
bello ſubactarum alienationem comprehendere velit: Et hiſce rationibus
confiſi ita ſentiunt Limnæ. *ad Capitul. Caroli V. art. 9. verb:* verſchrei-
ben/ verpfänden. *n. 5. ſeq. & ad Capitul. Leopold. d. art. 40. quam ex-*
*hibet Tom. II. addit. ad J. P. p. m. 246. Item ad A. B. cap. V. §. 1. obſ.*
*28.* Mulz. *d. tr. Part. II. cap. V. n.* 138. quo & Conring. *de Finib. Imp.*
*cap. XIX. p. m. 384.* inclinat. Verùm, ſi Imperator ereptas hoſti terras
Summo Militiæ Duci concedere velit, non totius Imperii, ſed Electorum
duntaxat aſſenſum huic alienationi ſufficere arbitramur. Non enim niſi
ad horum placitum & approbationem obligatur, Capitul. Joſephin. *art.*
*12.* Wir ſollen und wollen auch dem H. Röm. Reich und deſſen Zu-
gehörungen nicht allein ohne Wiſſen/ Willen und Zulaſſen gemeldter
Chur-Fürſten ſamptlich nichts hingeben/ verſchreiben/ verpfänden/
verſetzen/ noch in andere Weg veräuſſern oder beſchweren ꝛc. Hinc
nec *art. 30.* Capitulat. Ferdin. IV. & Leopold. Joſephin. verò *art. 29.* ul-
lum nobis negotium faceſſunt, cùm in his non de alienatione provincia-
rum bello noviter acquiſitarum, ſed de feudis Imperio apertis ſermo em

eſſe

eſſe, ipſi lubentes fateamur; Et eapropter non in *illis*, tanquam de certô & definitô Objectô conceptis, verùm in generalitate *d. art. 12.* noſtram ſententiam fundari perſuaſum habeamus. Nec 2. ratio quicquam evincit; Nam licet in Conventu Pacis Weſtphalicæ, cùm de alienandis quibusdam inter Cæſarem & Gallum Suecumque fuiſſet actum, negotium iſtud ad Conventum publicum delatum fuerit, definitumque conſenſu non Electorum, ſed omnium Ordinum, attamen agitatum hoc fuit eô temporis articulô, quô fervebant Pacis Conſilia, atque ita negotium iſtud tunc non in Comitiis, ſed in Tractatibus Pacis, ubi Ordines non per modum Comitiorum, ſed ut partes paciſcentes comparuerunt, tanquam medium aliquod publicæ tranquillitatis propoſitum, & majoris cautelæ & ſtabilimenti causâ omnium Statuum aſſenſus fuit adhibitus. vid. *Inſtrum. Pac. Cæſareo-Gallic. d. §. 79.* ibi: *ad majorem ſupradictarum ceſſionum & alienationum ſecuritatem Imperator & Imperium &c.* Nec denique 3. nobis veroſimile ſit, cùm Imperium in *d. art. 8. §. 3. habeantur &c. Pacis Cæſareo-Suec.* minoris momenti negotia, veluti *taxam ſportularum in Judicio Camerali*, & alia expreſsè & ſpecificè nominarit, hoc maximum negotium alienationis ſcil. provinciarum bello acquiſitarum generalibus iſtis verbis *& ſimilibus negotiis* incluſa determinare voluiſſe: Jung. Crüger *de Novemvirat. part. ſpecial. Membr. II. §. 7.* Carpzov. *de Lege Reg. German. cap. VII. ſect. I. per tot.*

§. VII.

Licet autem non tàm proſperè in hoſtem res geratur, nec veteres turbare fines ditionesque eidem eripere detur, ſed eôdem leviori clade affectô, præda acta fuerit, attamen & in hujus quoque partem venit Summus Militiæ Imperialis Præfectus. Ipſi enim ſemiſſem tormentorum bellicorum majorum, in præliis aut urbium oppugnationibus captorum, aſſignat R. A. de A. 1500. tit. 70. Item was von Haupt-Geſchütz in Schloſſen/ Städten/ Flecken/ oder andern Befeſtigungen/ oder auch im Feld / durch Stürm oder Streit erobert wird / das ſoll dem Hauptmann halb zuſtehen/ und das andere halbe Theil dem Reich folgen. Concord. Fußknechts-Beſtallung de A. 1570. tit. 62. Jung. Londorp. *Cont. IX. lib. X. Num. XVIII. in fin.* ea autem tormenta omnia, quæ in locis, conventione cum hoſte initâ occupatis, deprehenduntur, ad Imperium ſpectare jubentur. d. R. A. de A. 1500. tit. 62. in fin. Hæc enim propugnaculorum tuitioni inſerviunt, Dominumque ipſorum, tan-

quam acceſſiones ſequuntur; unde & conventione ſuper fortalitiô cum hoſte initâ comprehenduntur. Decius *Conſ. 516. num. 27.* Tiraquell. *de Retract. Conſanguin. §. 1. gloſſ. 7. n. 96.* Menoch. *de Præſumpt. lib. III. Præſ. 99. n. 10. ſeqq.* Schrader *conſ. 16. n. 4.* latè Pruckmann *vol. II. conſ. 2. per tot.* Illa Summi Ducis virtute hoſti eripiuntur, ut proinde lex gratitudinis tantò facilius Eundem ad diviſionem admiſerit. Hoc autem omne ex liberalitate Imperii dependet, ingentes enim ad inſtruendum ſervandumque bellicum apparatum ſumptus, quos Imperio incumbere proximè diximus, prædæ commodo quodantenus penſantur. Kulpis *Colleg. Grot. Ex. XII. ad lib. III. cap. 6. θ. 2. lit. b.* Sed ut Summi Ducis ſtudium excitaretur, & Ipſum quoque fructû victoriæ aliquatenùs gaudere, inque rei benè geſtæ teſtimonium tormentorum bellicorum ſemisſem accipere voluit: Sic & veteres Romani Grajique Duces circa prædam ejusque inter exercitum partitionem authoritatem ſuam interpoſuiſſe leguntur, & tùm quoque præcipuum, Helleniſtis ἐξαίρετον dictum, quantum nimirum æquum arbitrabantur, ſumere ipſis integrum erat. *c. jus militare. 10. diſt. 1.* Ayala *de Jure & Offic. Bellic. lib. I. cap. 5. n. 9.* Hug. Grot. *de J. B. & P. lib. III. cap. 6. §. 17. num. 3.* Bocer *de Bell. & Duell. cap. XV. n. 6.* Klock. *de Ærario cap. 87. n. 1. ſeq.* Fritſch. *Part. II. Ex. J P. 15. θ. 79.* Struv. *de Victor. & Clade. §. 106.* In quam rem lepidum ex Gregor. Turonenſ. *lib. 2. cap. 29.* exemplum refert Lehmann *Chron. Spir. lib. II. cap. 4.*

## §. VIII.

Neque tantùm res hoſtium ſalvæ & incolumes occupando acquiruntur, ſed & easdem vaſtare & deſtruere rigor belli permittit, quatenus ad infringendas debilitandasque hoſtium vires, & ad obtinendum finem belli, qui eſt propulſatio injuriæ imminentis aut jam illatæ reſarcitio, tales actûs conducunt. Alberic. Gentil. *de Jure Belli lib. II. cap. 23.* quæ autem ad finem ducunt, in morali materiâ æſtimationem intrinſecam accipiunt ab ipſo fine, qui in hiſce terminis vitiô caret. Grot. *d. tr. lib. III. cap. 1. §. 2.* & ibi Ziegler *in not.* huicque rei olim certam quandam perſonam ab Imperio ſub titulô Supremi Incendiorum Magiſtri, Brand-Meiſter eo fine, ut juſſu Summi Ducis vel incendiis in hoſtem graſſetur, vel pecuniam extorqueat, præpoſitam fuiſſe, notat ab Andlern *Tom. II. Conſt. Imperial. voce* Brand / Brennen / Brandſchätzen. add. Reformation zu Franckfurt de A. 1492. §. 6. Cæterùm victoris clementia quandoque exoratur, ut de jure ſuô, igne ferroque vaſtandi, acceptâ pecuniæ

niæ ſummâ decedat, & ita aurô debellatur, qui ferrô nequibat. Jung. B. D. Lauterb. *de Æquit. & Extenſ. L. Rhodiæ: θ. 20. ſeq.* Ex hiſce autem pecuniis, quibus vaſtatio redimitur vid. omninò Obrecht *Diſſ. de Ratione Belli, vulgò Raiſon de Guerre cap. IV. θ. 9.* Grot. *d. tr. lib. III. cap. 12. §. 4.* Schiara *d. tr. lib. II. diff. 24. n. 1. ſeqq.* trientem Summus Militiæ Imperialis Præfectus accipit. R. A. de A. 1500. tit. 70. Item ſoll ihm / als Hauptmann an Brandſchatzungen / Thädigungen / Verträgen ꝛc. ſein Gerechtigkeit unabbrüchig folgen / und gedeyhen / wie hernach folgt: Nämlich ſoll Er in allen und jeden Brandſchatzungen / wie und welcherley weiß die auch geſchehen / **ein Drittheil** haben / und die andere zwey Theil dem Reich zuſtehen. Balth. Venator. *d. tr. Contin. V.* Londorp. *d. l. in fin.*

§. IX.

Verùm non paſſim prædam agere, latrocinari & exſpoliare quosvis licet, ſed armata illa multitudo ſive exercitus militari diſciplinâ coërcetur, cujus cuſtos eſt Summus Militiæ Imperialis Præfectus. Jung. Zouchæ. *de Jure Milit. Armatæ. part. I. ſect. 4. & 5.* huic enim cura incumbit, militarem licentiam cohibendi, ne in illos, qui in fidem recepti & tributarii effecti, igne ferrôve ſæviatur, vel illis, qui noſtrarum ſunt partium, deprædationibus, rapinis, & concuſſionibus noxa inferatur. Burger *Cent. III. Obſ. 52.* prout ex Ejusdem Inſtructione apud Londorp. *Cont. IX. lib. X. Num. X. §. 17. Num. XVIII. art. 8.* clareſcit, ibi: Zum 8.ten ſolle auch vom Reichs-Feld-Marſchallen bey der Armee gute Ordre und Kriegs-Diſciplin gehalten / und zu dem End ihme die Ober-Jurisdiction und Adminiſtration der Juſtitz über alle Hohe und Niedere Kriegs-Officier und der gantzen Soldadeſca insgemein hiemit auffgetragen ſeyn ꝛc. quem in finem & LLes militares Exercitui Imperiali ab Imperio præſcribi ſolent. R. A. de A. 1500. tit. 81. R. A. de A. 1555. §. Derowegen dann Wir auch ꝛc. 84. R. A. zu Speyr de A. 1570. §. Damit dann auch ꝛc. 16. Reutter-Beſtallung / Fußknechts-Beſtallung de A. 1570. R. A. zu Regenſp. de A. 1576. §. Weiters als Wir ꝛc. 50. Articuls-Brieff der Reichs-Völcker de A. 1672. apud Auth. *Diarii Europæ. Contin. XXVIII. p. 131. ſeq.* contra quas ſi miles delinquat, cognitio & coërcitio ad Judicem militarem ſpectat. L. B. ab Enenkel *de Privilegg. Milit. lib. II. pr. 5.* Burger *Cent. IV. Obſ. 74.* Ziegler *de Jurib. Majeſt. lib. I. cap. 29. §. 24. ſeqq.* atque tùm cauſa dijudicatur à judicio militari, quod haſtatorium aut Statarium Criminale vocatur, das Stand- oder Spieß-

 Recht /

Recht/ alibi quoque das Reutter-Recht/ Kriegs-Recht; Fußknechts-Beſtallung de A. 1570. tit. wie das Reutter-Recht ſolle gehalten werden. Beſold. *de Arte Jureque Belli*. ubi ad calcem tract. *p.m.* 167. proceſſum hunc militarem exhibet. Schlburger *Diſſ. Argentorati habitâ de Jure Militari Germanicô* §. 7. *p.* 30. *ſeq.* & ſiquidem crimina, quorum milites poſtulantur, ſint militibus propria, quæ ut milites admiſerunt, quæque adeò ſpecialem militiæ rationem includunt, ſi v. gr. ſigna quis deſueruerit, mandatum Summi Ducis transgreſſus fuerit vel neglexerit, wann Er wider ſeine auffgehabte Ordre gehandelt / der Ordre nicht parirt. vid. *l.* 3. *de Re Militar.* Feltmann *Reſp. Militar.* I. *n.* 40. & *Reſp.* 3, ſingulare hoc forum ſinè dubio fundatum, poſt plures Ziegler *d. l.* ita, ut nec judex loci, ubi delictum admiſſum fuit, concurrat. Stryk. *Diſſ. de Jur. Princip. extra territor. cap.* I. *n.* 126. Verùm ſi delictum ſit commune, maxima ſemper inter DDres fuit controverſia, *ad quem Judicem ejus coercitio pertineat*? unde variè diſtinguentes inter delictum commune atrocius, aut levius, inter militem apud ſigna repertum, & ab iisdem diſceſſum, modò Judici ordinario loci, modò vero Magiſtratui militari juriſdictionem tribuunt, uti videre eſt ap. Michael *de Juriſdict. concl.* 92. Sande *Deciſ. Friſ lib.* I. *tit.* I. *Def.* 4. Carpzov. *Juriſprud. Forenſ. part.* IV. *Conſt.* 9. *Def.* 11. Ant. Matthæ. *de Crimin. ad lib.* π. 48. *tit.* 13. *cap.* 5. *n.* 12. Burger *d. l.* Ziegler *l. c.* § 28. Jung. Londorp. *Cont.* XI. *cap.* 84. *num.* 75. *num.* 77. & 81. Quicquid verò hujus rei ſit, illud interim certum eſt, Summum Militiæ Imperialis Præfectum pœnam reo à judicio militari adjudicandam aliquando, graviſſimis cauſæ circumſtantiis motum, mitigare & minuere poſſe: Fußknechts-Beſtallung de A. 1570. tit. wie das Reuter-Recht ſolle gehalten werden ꝛc. *art.* 15. Item es ſoll vor Eröffnung der Urtheil/ wann es Mal fiz oder Ehren-Sachen zwiſchen anſehnlichen Perſohnen betrifft/ der Feld-Marſchall allemahl dem Feld-Obriſten Bericht thun/ ſich ſeines Gemüths darauff erlehrnen/ **welcher dann nach Gelegenheit der Perſohn/ auch Zeit und anderer Umbſtänd die Straff zu mindern und zu mildern ꝛc.** Variæ itaque cauſæ, quæ Summum Belli Ducem ad mitiorem ſententiam deflectere jubent, hic proponuntur, quarum aliæ ex qualitate perſonæ, aliæ ex circumſtantiis temporis, & aliunde deſumuntur. Quod prius attinet, arbitrio Summi Militiæ Imperialis Præfecti locus erit, ſi reus fortè natalium ſplendore fulgeat, hunc enim perſonarum

con-

conſpicuarum anſehnlichen Perſohnen nomine venire, vix dubium habet, & tali reo, pro quo generis nobilitas militat, pœnam mitiorem imponendam, communiter DDres aſſerunt: prout catervatim adducti à Nic. Reuſnero *lib. I. Dec. 16. §. 43.* Knipſchild *de Nobilitat. cap. II. cap. 4. §. 5.* calculo ſuo probant; idque omnes, qui Nobilitatis privilegia commemorant, docere teſtatur Maurit. *de Nobilit. §. 12.* Alii autem cautius incedentes, in pœnis legitimis ex diſpoſitione Legis impoſitis id neutiquam admittunt, ſed de pœnis arbitrariis, non uniformibus, quæ ex qualitate perſonarum diſtinguendæ ſint per judicem, exaudiunt. Ziegler *Diſſ. de pœnis §. 66.* Knipſchild. *d. l. n. 26 ſeq.* ubi plures: De quibus & textus *d. Rec.* haud incommodè accipiendus: add. Maurit. *d. l.* Pariter quoque ſingularis rei militaris peritia, merita in Rempubl. ipſius propria aut majorum, & ſimilia arg. *l. 5. pr. ff. de Re milit. l. 31. pr. ff. de pœn.* Viro militari delinquenti patrocinari, & Summum Militiæ Imperialis Ducem ad pœnam minuendam commovere poterunt; quippe quorum ratio etiam in paganô nonnunquam habetur. add. Reuſner. *d. l. n. 80.* Claſen. *de Jure Aggratiandi. cap. XIV.* B. D. Frommann *Diſſ. de Normâ Arbitr. Judic. §. 53. ſeqq.*

## §. X.

Milites autem diverſi ſunt Ordinis, alii gregarii, alii eminentioris gradus, neque inſolens eſt, Imperii noſtri Principes munia quandoque militaria obire, & apud Imperialem Exercitum Chiliarcharum, Ducum & ſimilium officiis fungi; Unde quæritur: *Si talis in officiô militari conſtitutus delinquat, num Summi Militiæ Imperialis Præfecti jurisdictio adverſus eum fundata ſit?* Et cùm delicta alia militaria, alia communia eſſe modò dixerimus, quod poſterioris generis delicta attinet, Summus Belli Dux neque eorundem cognitionem, neque coercitionem ſibi vindicare poterit. Ipſius enim jurisdictio in Principes Imperii militantes ad cauſas militares reſtricta, quantum ad alias, eſt incompetens, delictorumque ab hiſce perſonis admiſſorum vindictam Imperatorium, ſuô tamen modo, Reſervatum eſſe, mox demonſtrabimus. Si verò Princeps Imperii munus aliquod militare gerens, tale quid admiſerit, quod nonniſi miles patrare potuit v. g. mandatis militaribus Kriegs-Ordre, in necem patriæ abuſus, aliove ſimili modo machinatus quid fuerit, tùm non expectatô Cæſaris juſſu Summum Belli Ducem Eundem cuſtodiæ tradere poſſe, nulli dubitamus. Jung. Mev. *de Arreſt. cap. V. n. fin.* At ulterius adverſus Eundem procedere fas Eidem haud erit. Eſt enim

Imperii

Imperii Archontum hoc illuſtre privilegium, ex ipsâ mixti Regiminis formâ profluens, ut Criminales perſecutiones adverſus eos nonniſi coram Auguſtiſſimô Imperii Capite in Principum conſeſſu inſtituantur, & ab iisdem, tanquam Judicibus harum cauſſarum competentibus, definiantur. Idque non nudius tertius demum invaluiſſe, Conſtitutio Speculi Suevici ap. Goldaſt. Reichs-Satzung *Tom. I. fol. 37.* comprobat, ubi ita: Aber über der Fürſten Leib und über ihr Geſind ſoll niemand Richter ſeyn/ dann der König ꝛc. Cum quâ conſpirat Conſtitutio Friderici II. Imper. ap. eund. Goldaſt. *d. tr. fol. 22.* Wo es aber Fürſten und andere hohe Leuth an ihr Leib/ an ihr Ehr oder Recht gehet/ das wollen wir ſelber richten auff die Weiß/ wie es im Kayſerl. Reich von alten Zeiten herkommen. vid. eund. *d. tr. p. 27. & pag. 155.* ibi: Daß die Fürſten Sachen nicht an das Cammer-Gericht/ ſondern für den Kayſer allein/ mit Zuziehung der Fürſten Genoſſen nach Fürſten Recht ſolle gewieſen werden. Dann niemand mag über ſeine Würde erkennen/ dann ſein Genoß. Jung. Myler ab Ehrenbach *de Principp. & Statib. Imperii Part. I. cap. 20 n. 35. ſeq.* Dn. D. Schweder *Diſſ. de Foro Perſonar. Illuſtr. §. 23.* Sive autem in propriô ſive in alienô territoriô delictum à Principe ſit commiſſum, Eosdem Judices eſſe contra diſſentientes demonſtrat modò cit. Dn. D. Schweder *in Introd. ad J. P. Part. ſpec. ſect. II. cap. 17. §. 19.* idque ſi ad pœnam corporis afflictivam procedi poſſit, pariter probat Myler ab Ehrenbach *d. tract. part. I. cap. 20. §. 31.* quem ſequitur Joh. Guilielm. Comes de Wurmbrand Diſſert. Trajecti ad Rhen. habitâ *de foro S. R. Germ. Imp. Princip. Claſſ. IV. §. 3.* add. B. D. Bardili *Diſſ. d. Judiciô Imp. Aulic. cap. V. ſect. 10. §. 10. ſeqq.* Ut proinde ne quidem in caſtris, tanquam loco delicti commiſſi aut deprehenſionis, Summus Belli Dux in Principem delinquentem gravius quid decernere queat; Tantòque minus in Illuſtria Imperii & Exercitus membra animadvertendi poteſtas Eidem aſſeri poteſt, quantò certius eſt, ne Imperatori quidem ſoli eandem competere. Guſtmejer *d. tr. lib. II. cap. 6. §. 5.* Sive enim perduellionis Crimen committat Imperii Princeps, ſive aliud delictum, neutrô in caſu ſibi ſoli arbitrium illius rei vindicat Cæſar. Et illô quidem S. R. Imperii Novemvirorum, qui delicti participes ſe non reddiderunt, præſcitû, conſiliô & conſenſu neceſſariò opus habet, antequam proſcriptionem Imperialem, rem tanti momenti, delinquenti intentet, quod expreſsè cautum Capitulat. Ferdin. III. *art. 30.* Ferdin.

IV.

IV. *art.* 28. idque non tantùm obtinet in proceſſu legitimô & ordinariô, quando cauſſa cognitionem requirit, ſed etiam in negotiis claris & manifeſtis, & quando cauſſa notoria, quâ contra pacem publicam aut alias fuiſſe peccatum omnibus conſtat, ita ut ordinariô proceſſu opus non ſit, ſed delinquens ipsô factô pœnam proſcriptionis incurrat, juxta R. A. de A. 1559. §. Damit dann hinfüro ℞. 38. conf. Capitul. Joſeph. *art.* 27. *in fin.* Crüger *d. tr. part. ſpecial. membr.* 2. *diſc.* 14. *§.* 4. *ſeqq.* Vitriar. *Inſt. J. P. lib. III. tit.* 4. §. 8. *& ibi not. lit. a.* Carpzov. *de L. Regiâ Germ. cap. IX. ſect.* 9. Textor *Jur. Publ. Cæſar. tit* XII. *n.* 170. *ſeqq.* Hôc verò in caſu, ſi nimirum Princeps non quidem perduellionis reus fiat, ſed aliud quoddam delictum patret, quod pœnam corporis afflictivam mereatur, ejusdem cognitio ad Tribunal Cæſareum devolvitur, & ibidem Imperatoris & Principum judicio vigore Juris Principum deß Fürſten Rechts/ quod latius adſtruit & contraria diluit Itter *de feud. Imperii cap. XXV.* §. 8. *& mult. ſeqq.* add. Joh. Georg. Schottel. *de Antiquis Germ. Jurib. cap. V. per tot.* ubi plura hujus juris exempla producit, definitur: Quæ enim in Proſcriptione ſive Bannô, ſpecie mortis civilis, obtinent, multò magis circa mortem naturalem aut pœnam corporis afflictivam valere rectè infert Textor *d. l. num.* 171. quanquam ſanè ultra hominum memoriam ultima in Statum Imperii, ſeu Principem, ſeu Comitem, ſupplicia nulla, ſed captivitates & alia remedia adhibita fuerint, cùm difficile ſit, ut pœna etiam à talibus perſonis promerita executioni detur, eo quod ſumma Statuum libertas maximè in Principibus & Comitibus perſonalis illa hucusque effecerit, ut ferè inviolabiles haberentur, hoc ſolum ad Reges diſcrimine, quod declarationem judiciariam, & quid promeriti ſint, ſuſtinere jure cogantur. Lynker *Diſſ. de Libertate Statuum Imp. ſect. II. §.* 5.

## §. XI.

Interim ſatis conſpicua eſt Summi Militiæ Imperialis Præfecti auctoritas, quæ ex variis ſubindè elucetcit, & cujus apud milites parandæ causâ univerſus Exercitus Sacramenti religione Eidem aliquando obſtringi ſolebat. R. A. de A. 1530. §. 124. Demſelben Oberſten Hauptmann ſollen auch die Hauptleuth der Crayß/ auch alles Kriegsvolck/ und was da ſey/ von deß Reichs wegen geloben/ ſchwören und Pflicht thun/ Jhm als Hauptmann die Zeit der Beſtallung gehorſam und gewärtig zu ſeyn. Jung. R. A. de A. 1500. tit. 55. ubi hujus juramenti formula exhibetur; idque milites præſtare tenebantur, licet anteà Domi-

 nis

nis ſuis, à quibus conducebantur, devincti fuerint juramento, unde inter homagium à Civibus Civitatum Imperialium Imperatori præſtari ſolitum & hoc juramentum comparationem inſtituit Multz. *d. tr. part. II. cap. V.* §. 2. *num.* 64. Portò non tantùm tempus auxilii ab Imperiô decreti prorogare R. A. zu Augſp. de A. 1530. §. Damit aber dannoch ꝛc. 103. locum coadunandis copiis, quem *Rendésvous* appellant Galli, deſignare. d. R. A. de A. 1530. §. Demnach ſoll ſich ꝛc. 104. ſeq. & §. Derſelb Oberſt-Hauptmann ꝛc. 123. ſeqq. Sed & Statuta & Ordinationes caſtrenſes condere poteſt. R. A. zu Augſp. de A. 1500. tit. 61. & 80. Es ſoll auch Hertzog Albrecht/ als Obriſter Hauptmann / mit ſeinen zugegebenen Räthen Macht und Gewalt haben / alle und jede Ordnung und Statuten zum Heer und ins Feld nothdürfftiglich zuſetzen und zumachen. Jung A. Fabri Europæiſch. Staats-Cantzley *Part. XII. cap. VII.* ubi *Num. I.* die Chur-Fürſtl. Braunſchweig. Lüneburg. Kriegs-Ordnungen und Diſciplins-Puncta *Num. II.* Fouragier-Ordnung ꝛc. exhibet. Et quamvis Duci Exercitûs Summo eandem, quam in ſuis territoriis Summi Principes habent, authoritatem in Exercitu adſcribant Cœpolla *de Imperat. Milit. Eligend. cap. pro Imperatore n.* 9. Paris de Puteo *de Re militar. cap. An Comes &c. n.* 4. Farinac. *conſ.* 197. *n.* 11. Schiara *d. tr. lib. II. diff.* 25. attamen id non univerſaliter procedere, vel ex R. A. de A. 1500. tit. 80. patet, in cujus calce additur: Doch alſo/ daß ſie kein Statut oder Ordnungen machen / die Unſer und deß Reichs auffgerichten Statuten und Ordnungen widerwärtig ſeynd oder ſeyn möchten. Nec enim plus juris eidem in hoc negotio competere poteſt, quàm Statibus Imperii, qui licet jure Superioritatis territorialis in ditionibus ſuis Leges & Statuta condant. Knichen *de Jure Territor. cap. III. n.* 289. *ſeq.* Myler *d. tr. part. II. cap.* 39. §. 2. Mager *de Advocat. Armat. cap. VI. n.* 68. contra Conſtitutt. Imperii Clauſulâ derogatoriâ munitas tamen quidquam ſtatuere nequeunt. Myler *d. l.* §. 5. poſt Ludolph. Hugon. Dn. D. Schweder *d. tr. part. ſpec. ſect. II. cap.* 13. §. 2. pariter quoque Præfectos Militum conſenſu Senatûs Bellici creare & exauctorare quandoque poterat. R. A. zu Speyr de A. 1542. §. 37. Und damit unter allem Kriegsvolck deſto beſſer Regiment und Ordnung gehalten werden möge/ ſo ſoll der Obriſt Hauptmann vollen Gewalt und Macht haben/ die Hauptleuth und Befehlhabere/ ſo Er mit ſampt den Kriegs-Räthen beſetzen ꝛc. im fall/ da ſie ſich ungehorſam erzeigten/ oder zu den befohlenen Aemptern untüchtig wären/ widerumb mit

er

der Kriegs-Räth Wiſſen und Rathen zu urlauben / und anderwärts nothdürfftiglich zu beſetzen ꝛc. id quod belli ratio præſertim in caſtris poſtulat, ut munus hujusmodi facilius & commodius provideri poſſit, quod tardius non ſine gravi periculô ab Ipſis fieret, qui eos ab initiô conſtituerunt. Hinc quoties non in caſtris & expeditione verſantur, ſed in ditionibus Statuum, quisque horum militibus ſuis de Officialibus proſpicere ſolet. Multz *d. tr. part. II. cap. V.* §. 2. *n.* 63. quin & ſi durante expeditione quidam ex Senatûs Bellici membris decedebant, Summus Belli Dux cum conſiliô & conſenſu ejusdem Collegii alios in eorum locum ſufficere aliquando potuit. Goldaſt. Reichs-Satzung *part. II. fol.* 163. §. 30. Londorp *Cont. IX. lib. X. Num. XVIII.* §. Wann auch zum 9.ten ꝛc. Alio tempore quædam perſonæ nominabantur, ex quibus muneri decedentium, quos voluerat, admovere poterat. R. A. zu Speyr de A. 1530. §. 122. Es ſoll auch der berührt Hauptmann Macht und Gewalt haben / wo einer unter den Sechs (Kriegs-Räthen) ꝛc. oder mehr mit Todt abginge ꝛc. daß Er auß den nachfolgenden einen andern Kriegs-Rath an deſſen Statt und in gleichförmiger Beſoldung auffnehmen ſoll ꝛc. nemlich ꝛc.

## §. XII.

Præterea cùm ab Annonæ Militaris curâ totus pendeat exercitus, ut qui ſine ſedulâ ejusdem ſubminiſtratione vix cohiberi poteſt, ne exutô obſequiô vel paſſim prædam agat, aut planè diffluat, Rebus bellicis maximè expedit, Summo Militiæ Imperialis Præfecto regimen & Supremam in hanc rem Directionem permittere. Id quod & Imperium Leopoldo Wilhelmo, Marchioni Badenſi, qui in Expeditione Turcicâ Anno ſuperioris Seculi LXIV. præfuit, conceſſiſſe ex Ejusdem Inſtructione ap. Londorp. *d. Cont. IX. lib. X. Num. XXVIII.* patet, ubi inter alia habetur: So wird auch dem Feld-Marſchall die Conſervation der Armeé beſtermaſſen recommendirt / dergeſtalt / daß Er in allen Actionibus militaribus jederzeit dahin zu ſehen / daß es der Armeé an Lebens-Mitteln nicht ermangle ꝛc. Zu dem End ihme dann die Direction, jedoch mit Zuziehung deß Ihme zugeordneten Kriegs-Raths ꝛc. General-Commiſſarii, wann Er zur Stell / und deß Proviant-Meiſters / wegen deß Proviant-Weſens ꝛc. gelaſſen / und die Proviant-Officier an Ihn gewieſen werden. Add. Dn. D. Frommann *d. Diſſ. cap. II. n.* 1. *pag.* 10. Sed Eundem hiſce non contentum, defectuum & abuſuum circa rem Annonariam hactenùs commiſſorum, correctionem ſibi demandari voluiſſe,

L 2

iſſe, ex ejusdem Poſtulatis ap. Londorp. *l. c. Num. XL. §. 5.* diſcimus, ubi ipſe ita loquitur: Wofern dem Feld-Marſchallen zu Remedirung der Fehler und Auffſicht auff die Proviant- und Commiſſariats-Bediente die Authorität nicht gelaſſen wird/ ſo iſt die Armée weder zu erhalten/ noch zu employren. Neque tantùm Imperium in Commiſſarios ab ipſo conſtitutos Summo Duci Directionem concedit, ſed & Imperator Commiſſarios Militares Cæſareos Potentiſſimo Electori Brunovico-Lüneburgenſi, Georgio Ludovico, qui præſenti Bello Imperii Summô cum Imperio præfectus eſt, ſubeſſe voluit, idque Decretô ab Ejusdem Plenipotentiario Legatis Ordinum in Comitiis Ratisponenſibus exhibitô intimavit, quod cùm nuper admodum Patronus ibidem degens nobis benevolè communicaverit, oculis Amici Lectoris eò lubentius hic ſubjicere voluimus, quod & alia, quorum in ſuperioribus mentio à nobis facta fuit, contineat:

## Kayſerliches Commiſſions-Decret und Ratification, in Puncto deß Jhro Chur-Fürſtl. Durchl. zu Braunſchweig-Lüneburg auffgetragenen Reichs-Commando, &c.

Der Röm. Kayſerl. Majeſtät Unſers allergnädigſten Herrn Geheimbter Rath / und bey fortwährendem Reichs-Tag höchſt-anſehnlicher Principal-Commiſſarius, der Hoch-Würdige / Hochgebohrne Fürſt und Herr / Herr Johann Philipp ꝛc. haben an allerhöchſtgedacht Jhro Kayſerl. Majeſtät allerunterthänigſt eingeſendet / was an Dieſelbe zu ſolchem Ende der Chur-Fürſten / Fürſten und Stände deß Reichs allhie verſamblete Fürtreffliche Räthe / Bottſchaffter und Geſandte / durch ein Einmüthiges Concluſum den 13. Auguſti jüngſthin gelangen laſſen. Jhro Kayſerl. Maj. haben darauff an Seine Hoch-Fürſtliche Eminenz allergnädigſt reſcribirt / Dieſelbe hätten daraus gantz gern vernommen / was maſſen Chur-Fürſten und Stände in das von Jhro / in damahlig-gefährlichem Zuſtande der Sachen / ob moræ periculum und aus getreuer Reichs-Vätterlicher Sorgfalt für das gemeine Beſte in dem Commando der Reichs-Armada gethanen Vorſehung / mit eingewilliget / und neben Jhrer Kayſ.

Kayſerl. Majeſtät gut befunden / daß die Reichs-Völcker unter Ihrer Chur Fürſtl. Durchl. zu Braunſchweig-Lüneburg Commando angewieſen werden möchten. Dero ſelben gereichte ſolches umb deſtomehr zu allergnädigſtem Wohlgefallen / als dieſes zu jetzt höchſtged. Sr. Chur-Fürſtl. Durchl. ſtellende allgemeine Vertraue bey Ihro ohne zweiffel ein ſehr nachdencklicher Antrieb ſeyn würde / nicht nur das auffgetragene Commando ohne Verweigerung anzunehmen / ſondern auch dero bekannte Kriegs-Erfahrenheit / Vigilanz und Tapfferkeit unermüdet dahin anzuwenden / auff daß / wann Ihro nur ſonſten denen Reichs-Schlüſſen gemäß / die Hand treulich gebotten wird / das Reich den darvon erwartenden Nutzen bald empfinden möge. Welchem nach dann auch Ihro Kayſerl. Majeſtät ſo wohl Sr. Chur-Fürſtl. Durchl. Dero Kriegs-Comiſſariat, eben alſo wie es von Dero in Gott ruhenden glorwürdigſten Herrn Vatters Kayſerl. Majeſtät / weyl. deß H. Hertzogen zu Lothringen Durchl. auch nachgehends dem geweſenen Chur-Fürſten zu Bayern / und letzthin an Dero hochſeel. verſtorbenen General-Lieutenant Herrn Marg-Graffens von Baaden Durchl. geſchehen / anweiſen / als nicht weniger die übrige von denen dreyen Reichs-Collegiis eingerathene Verordnung und Schreiben an Ihre Behörde abgehen laſſen. Mehrermeldte Ihro Hoch-Fürſtl. Eminenz haben ſolches vor-wohlgedachten der Chur-Fürſten / Fürſten und Stände anweſenden Räthen / Bottſchafften und Geſandten hiemit nicht verhalten wollen; Denen Dieſelbe mit freundlich-geneigt-und gnädigem Willen jederzeit wohl beygethan verbleiben. Signatum Regenſpurg den 19. Septembr. 1707.

(L. S.)

Johann Philipp / Cardinal von Lamberg / Biſchoff und Fürſt zu Paſſau ꝛc.

§. XIII.

Sed finibus expeditionum bellicarum omnis hæc Summi Ducis poteſtas coarcetur, & proinde ea, quæ hoc ambitu non continentur, muneris hujus non ſunt, quin & dubitari poteſt, *numne negotia ad rem militarem ſpectantia, quæ deliberationem non tantùm, ſed & deciſionem in Comitiis conſequuntur, objectum hujus poteſtatis eo modo conſtituant, ut Summus Militiæ Imperialis Præfectus, inconſultô Imperiô, illa ſuſcipere poſ-*

*ſit?* Quid ſi enim, ut in rem præſentem veniamus, hoſtis Imperii validis ſubnixus viribus, Copias Imperiales numerô longè impares vehementer urgeat, fineſque Germaniæ perrumpere allaboret, ubi aut in viſcera ejusdem retrocedendum, aut manus cum eodem hoſte conſerenda, aut denique, quod tutiſſimum, viciniâ loci cujusdam muniti modica hæc manus à validioris Exercitûs hoſtilis inſultibus protegenda venit; In hoc rerum articulo ſi fortalitium, in limite Germaniæ ſitum, aut locum extruendis munitionibus opportunum deprehendat Summus Belli Dux, *num militem præſidiarium eidem immittere, aut locum novis munitionibus cingere poſſit?* quæritur; id quod dubitationis aleam eam ob cauſſam effugere nequit, quod jus muniendi arces ſive caſtella, & extruendi fortalitia, Veſtungen bauen und dieſelbe mit Soldaten zu beſetzen/ in omnibus Regnis & Rebuspublicis regium ſit, & ad ſolum Principem eumve qui jura Majeſtatis habet, & penes quem τὸ Κύριον eſt in Civitate, Arniſæ. *de Jur. Majeſt. Part. II. cap. 5. n. 8.* Fritſch. *de Jur. Fortalit. cap. IV. n. 1. ſeqq.* Stryk. *Diſſ. de Fortalit. cap. II. n. 1. ſeq.* add. Ziegler. *d. Jurib. Majeſt. lib. I. cap. 35. §. 3.* & adeò in noſtra Republ. ad Imperatorem & Ordines conjunctim in Comitiis congregatos, pertineat. Stryk. *d. l. n. 7.* Deſuper 2. quoque diſertiſſimis Inſtrum. Pac. Cæſareo-Suecic. *art. 8. §. 2.* verbis cautum, ibi enim ita legimus: *Gaudeant ſine contradictione jure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii &c. ubi nova munimenta intra Statuũ ditiones extruenda nomine publico, veterave munienda præſidiis &c. nil horum aut quidquam ſimile poſthac unquam fiat, niſi de Comitiali liberôq; omnium Imperii Ordinum ſuffragiô & conſenſu &c.* Quis igitur Summo Militiæ Imperialis Præfecto tam laxam agendi facultatem attribuat, ut ea, quæ totius Imperii Senatus ſuæ diſcuſſioni & conſenſui reſervavit, ſolus ſuſcipere, & hactenus plus juris, quam Ipſe Imperator ſolus aut ullum Ordinum Collegium ſeparatim habet, ſibi vindicare poſſit? Ubi enim magis nomine Imperii publicô talia peraguntur, quàm cum ea à Capite Exercitûs Imperialis, belli ab Imperio ſuſcepti adminiſtrô, fiunt? Verùm hiſce non obſtantibus, durô neceſſitatis telô premente, pro conſervatione & exercitûs & tutelâ Imperii à Summô Belli Duce loca intra hujus fines ſita muniri aut munita præſidiô firmari poſſe, non dubitamus, neque binas rationes modò allatas id prohibere arbitramur. Non *I.mam* quoniam Summus Militiæ Imperialis Præfectus, ratione belli exigente, propugnacula Statuum Imperii præſidio muniens, aut munitiones novas excitans, muniendi & præſidii jus Majeſtaticum ſibi haud arrogar,

gat, ſed virtute muneris ſibi commiſſi, pro neceſſitate finis belli, nomine Imperii eô utitur. Non 2.*dam*, quam ex verbis J. Pac. Cæſareo-Suecic. *art. 8*, §. 2. deprompſimus: utpote in quibus non ea munimenta intelliguntur, quæ momentaneæ ſecuritatis cauſsâ in expeditione contra hoſtem exſtruuntur, de hac enim re ad Statûs referendi facultatem feſtinatio non permittit, ſed quæ firmandi limitis cauſſa duraturô ad perpetuitatem opere fiunt. Add. Auth. *Obſerv. ad Rem litterariam ſelect. Tom. III. Obſ.* 8. §. 22. Deinde ſi mentem & intentionem paciſcentium in *d. art. 8.* penitius indagemus, facilè patet illius diſpoſitionem vim ſuam maximè in Ordine ad Imperatorem exſerere, ne ſcilicet Is ſolus in poſterum ſub velô publici totius Imperii nominis, munitis locis occupatis, aureæ libertati Ordinum frenum & compedes injicere poſſit. Burgoldenſ. *Notit. Rer. Imperii part. III. diſc. 2. §. 6.* Multò autem minùs dominium eorum Statuum, quorum patrimoniis talia loca accenſentur, Eundem impedire poterit; Ut enim illorum ſententiam, qui cum Grot. *d. tr. lib. II. cap. 2. §. 10.* Burger *Cent. I. Obſ. 99.* ſtatuunt, loca etiam in pacatô ſolô ſita, ſi periculum ſit, ne hoſtis ea invadat, & inde irreparabilia damna det, occupari poſſe, quam ſub cenſuram vocant Obrecht. *d. Diſſ. de Ration. Belli cap. III. §. 14. ſeqq.* Zentgrav. *Diſſ. de eo, quod in ſolô pacatô liceat Belligeranti contra hoſtes?* §. 22. *ſeq.* in ſubſidium haud vocemus, illud certum eſt, locorum munitorum, intra fines Imperii ſitorum, licet ad ſingulos Ordinum pertinentium, curam & inſpectionem ſuperiorem Imperii eſſe, quia non illius tantùm territorii, ſed viciniæ & totius Imperii intereſt, fortalitia ad publicam defenſionem ſatis eſſe inſtructa. Præſtat enim fortalitia non habere, quàm non benè firmata, quæ hoſtis potentior irrumpens in fines facilè poteſt occupare, & majori præſidio impoſitô & munitione novâ eorum recuperationem difficiliorem reddere. Sed & Jura Territorialia, quæ intuitu univerſi imperii magis privata ſunt, publicæ utilitati hoc in caſu cedere debere convenit. arg. *l. 3. C. de Princip. Nov. 136. cap. 2.* Textor *Jur. Publ. Stat. Imperii. tit. IV. n. 25. ſeqq.* Intereà etiamſi quid tumultuariô labore pro impetu hoſtili coercendo excitatum fuerit, qualecunque id ſit, ſi ſtare poſteà & præſidiô teneri perpetuô debeat, totius Imperii conſenſus requiritur.

§. XIV.

Bellum finitur Pace; uti enim navigantibus portus, ita belligerantibus meta eſt Pax. Cyriac. Lentul. *Imperator ſ. de Jure circa Bell. & Pac. lib. II. cap. 7. Hoc itaque negotium numne Summus Militiæ Imperialis*

*lis*

*lis Præfectus etiam ſuſcipere poſſit?* haud abs re hic disquiri poteſt. Et
ſi partes eorum ſectari velimus, qui Ducibus Belli iſthoc juris liberali ma-
nû dilargiuntur, nec Noſtro Summo Duci Bellico idem denegari poſſet:
Sunt autem illorum rationes potiſſimam partem ex Jure Civili Roman.
deſumptæ. Diſtinguunt nempe, utrum Duci adminiſtratio belli libera ſum-
maque rei commiſſa ſit à Republicâ? An verò is liberum de bello gerendo
mandatum non habeat? Ut priore caſu Pacem pangere eidem liceat, poſte-
riore non item; Priori enim in caſu æquiparari contendunt Ducem Belli Pro-
curatori, qui mandatum habet cum liberâ; Poſteriori verò caſu illi, qui man-
datum quidem habet, & generale etiam habet, ſed ſine liberâ. vid Hunn.
*de Pact. cap. II. quæſt. 2.* Verùm præterquam quod iſta diſtinctio inter
mandatum cum liberâ & ſine liberâ ſolidô Juris Civilis (ex quo tamen iſti
hoc deducunt) fundamentô deſtituatur. vid. Joh. Vaud. *lib. I. quæſt. 47. n.*
*5. ſeq.* Bachov. *ad Treutl. vol. 1. diſp. 27. th. 5. lit. b.* Frantzk. *ad tit. π.*
*de Procurat. n. 41. & ad tit. Mandat. n. 63.* Arn. Vinn. *ad §. 42. J. de*
*Rer. diviſ.* B. D. Lauterb. *in Colleg. Theorico-Pract. ad tit. de Procurat.*
*& defenſor. th. 9.* vix firmiori talô ſubſiſtet illius ad Duces Belli Summos
ficta applicatio. Quod ſi tamen ex Civili Romanorum jure argumenta
deſumenda veniant, fortius videtur, quod petitur ex l. 8. C. de Tranſact.
ubi deciditur: *fruſtrà tranſigere eum, cui cauſſæ actio, non litis deciſio*
*mandata eſt;* Qualiter enim ſe habet in bellis, ut ita dicam, judicialibus
mandatum de agendo; Taliter ſe habet in bellis publicis mandatum de bel-
ligerando; Atqui iſtud in ſe non continet poteſtatem tranſigendi. E. nec
hoc; quippe cùm pacificatio nil aliud ſit, quam belli tranſactio & compo-
ſitio. Ziegler *d. tr. lib. I. cap XL. §. 2.* ab Andlern *Tom. II. Conſtit. Im-*
*perial. voce* Fried. *n. 11.* Licet itaque Imperium bellum Summi Mili-
tiæ Imperialis Præfecti imperio gerendum decreverit, hujus tamen pars non
erit, bellum finire; Unde etiamſi cum ampliſſimâ poteſtate præpoſitus fue-
rit Dux, eam tamen nonniſi de belli ductu, i. e. negotiis ad bellum admi-
niſtrandum & gerendum pertinentibus, interpretari vult Grot. *d. tr. lib.*
*III. cap. 22. §. 7. & ibi* Gronov. conf. P. Gudelin. *de Jure Pacis cap. II.*
Burger *Cent. II. Obſ. 10.* Beſold. *de Pace Paciſque Jure cap. IV. §. 1.*
Fritſch. *Part. II. Ex. J. P. XI. §. 7.* Nam penes quos Belli decernendi &
gerendi poteſtas reſidet, penes illos etiam finiendi poteſtas eſſe debet. Ja-
cob à Comite *Repet. l. non dubito. 7. π. de Captiv. & Poſtlim. reverſ.*
*cap. XXV. n. 13.* Id autem juris in Noſtrâ Republicâ R. G. penes impera-
torem & Ordines eſſe, in propatulô eſt: qui ſi ſpeciale hujus rei manda-

tum

tum, pacem videlicet ſub clypeo tractandi, Summo Belli Duci impertiant, (quod tamen ob gravitatem negotii & plures alias rationes haud facilè contingit) quin Is pacem Imperii nomine pangere poſſit, minimè dubitandum. Burger *d. l.* ibi: Obwohl es zwar eigentlich zu ſeiner Carico nicht gehörig/ wann Er jedoch darzu von Seinen Principalen abſonderliche Commiſſion (welche den Intereſſirten notificirt worden) bekommen ꝛc. add. A. Vinn. *de Pact. cap. II. §. 4. ſeqq.*

§. XV.

Sed de Induciis idem in univerſum pronuntiari nequit. Sunt enim hæ vel totius belli, quas non malè *illimitatas* dixeris, vel certi negotii bellici tantùm, veluti ſi reſpiciant cæſorum tumulationes, urbium obſeſſarum ſuſpenſas oppugnationes, & ſimilia, cujusmodi inducias dicere poſſumus *reſtrictas*; *Prioris generis* Induciæ majus momentum habent ad ſummam rerum, præprimis ſi ſint longiores, intra quas ſe pars altera denuò ad bellum comparare, & novas vires colligere velit; quæ cùm ita ſe habeant, ut ex talibus induciis totius belli Status interim mutari poſſit, ſola Summi Militiæ Imperialis Præfecti auctoritas ſanè non ſufficiet. Rhet. *d. Diſſ. §. 12. ſeqq.* Eſt enim non Domino, ſed Adminiſtratori ſimilis, qui intempeſtivâ ſuâ induciarum pactione Imperio nocere nequit. Add. Textor *Synopſ. Jur. Gent. cap. XIX. n. 3. ſeq.* Stryk. *diſſ. d. Fortalit. cap. 8. n. 22. ſeqq.* Diverſò tamen jure utimur quoad Inducias *reſtrictas*, ſeu breves & repentinas, quæ ad pacem, uti priores, tàm proximè non accedunt, neque tanti momenti, ut illæ, ſunt; Quas eapropter concedere officio cujusque Summi Ducis ineſt, nec proinde Summum hoc militaris Imperii munus gerenti denegandum: Nam & bello ſua ſunt commercia, ſine quibus non tantùm non feliciter geri, ſed nec omninò geri poteſt; qui igitur facultatem dat alicui, quantum in ſe eſt, ea, quæ ad finem moraliter ſunt neceſſaria, ſimul dat; Inſuper bellum non in ſolâ pugnâ conſiſtit, quin & prudentiæ Ducis Summi committi oportet, occaſionem pugnæ commodiſſimam proſpectare, quæ utut proviſa, in manu tamen captantis non eſt protinùs; ſæpè hoſtis ingruit, neceſſitatemque, quùm minimè velit alter, pugnandi affert: quam ſi non aliter, at pactis feriis declinare licebit. Strauch. *Diſſ. de Induc. Bellic. cap. II. §. 3.* Ziegler *d. tr. lib. I. cap. 39. §. 5.* Jung. Thomas. *Diſſ. de Sponſion. Roman. Caudin. §. 85. ſeqq.* Ex hac autem Induciarum reſtrictarum pangendi facultate, Summo Militiæ Duci aſſertâ, concludere minimè licet, Eundem de belli cauſis aut conſequentibus tranſigere, pactumve ſuper Redemptione Captivorum, quod

M Cartel

*Cartel* dici ſolet, propriâ authoritate, niſi ſcil. Imperium hoc negotium eidem commiſerit, aut ex poſtfactô ratihabuerit, cum hoſte facere poſſe. Feltmann. *Reſp. Milit. IX. n.* 60. ubi ita: Meines wenigen Erachtens müßte ſolches geſchehen/ entweder krafft der darüber von dem Fürſten an den Obriſten ertheilten Vollmacht/ oder daß derſelbe den Vertrag vor genehm gehalten. Dann dieſer allein ohne jenes Bewilligung etwas/ ſo nur zeitlich iſt/ belieben mag. *l.* 5. *π. de pact.* P. Zouchæ. *Jur. Fecial. part. II. sect.* 9. *quæſt.* 44. ibique citati. Idque ex horum pactorum tenore haud obſcurè colligi poteſt. vid. Fabr. Europœiſch. Staats-Cantzley *part. VII. cap.* 14.

§. XVI.

Atque hiſce pactis plerumque & illud caveri ſolet, ut æquale cingulum merentes inter ſe permutari debeant, daß alle Officiers und Gemeine von gleicher Qualität ſollen gegeneinander außgewechſelt werden. ab Andlern *Tom. II. Conſt. Imperial. voce* Krieg. *num.* 24. Burger *Cent.* I. *Obſ.* 37. Cæterùm ſi ſuper hac re nondum inter partes belligerantes convenit, permutatio ex arbitriô capientis pendet, ubi non ſemper ad gradum militiæ, in quô conſtituti ſunt captivi, ſed eorundem ſcientiam rei militaris, experientiam, fortitudinem bellicam & ſimilia, quæ in diverſis diverſa apparent, arg. *l.* 31. *π. de ſolut.* reſpici, & juxta has qualitates permutatio quandoque unius cum pluribus, aut plurium cum unô exigi ſolet. Feltmann *d. Reſp. Milit. IX. n.* 31. *ſeqq.* ubi exemplis id colluſtrat. Itaque ſi novercante fortunâ belli Summus Militiæ Imper. Præfectus in hoſtium poteſtatem devenerit, conventione cum hoſte ſuper captivis redimendis nondum initâ, hoſtium eſt ſtatuere, quid pro ipſius liberatione accipere velint? At pactô iſtius naturæ inter partes celebratô, juxta illius Leges cum aliô hoſtilium partium Duce captivô permutandus erit. Sed quoniam non ſemper ejusdem cinguli captivi ex utrâque parte ſuppetunt, aut aliâs inter hoſtes tùm demum facilè conveniri poteſt, ſolet in hunc eventum certum Redemptionis Pretium ſive Lytrum, Gallis *Rançon*, determinari, quô perſolutô hoſtium poteſtate exſolvitur Captivus. *An verò Summus Militiæ Imperialis Præfectus ſuô ære ſe liberabit? An verò ab Imperio iſtud repetere poterit?* Mandatarium ea, quæ in exſequutione mandati ſibi commiſſi amiſit, ſi in itinere à latronibus ſpoliatus, vulneratus captusve fuerit, nil eorum, quæ hoc nomine erogavit, mandanti imputare, vult Paulus *in l.* 26. *§.* 6. *ff. Mandat.* mittentis enim commiſſio non eſt cauſa ad hæc damna ordinata, proinde illa non mittenti, ſed caſui, quem nemo præſtat, impu-

imputanda. Speculat. *lib. 4. tit. de Judic. §. 3. num.* 5. Ant. Faber *Cod. Saband. tit. Mandat. def.* 29. Mudæ. *ad l.* 52. §. 4. *ff. pro Socio. n.* 4. *ſeqq.* B. D. Lauterbach *Diſſ. de Nuntio cap. X. θ.* 64. Id quod Mozz *de Contract. Rubr. de Mandat. Natural. n.* 25. Cujac. *in Jul. Paullo ad d. l.* 26 § 6. Burger *Cent. IV. Obſerv.* 9. etiam ad Legatos, in exſecutione commiſſi muneris damnum paſſos, producunt: Hinc & Summus Belli Dux, qui eventuum bellicorum haud ignarus, diſcrimini ejusdem quod chariſſimum mortalibus eſt, vitam, non ſecus ac infimus gregariorum militum exponit, ſuômet propriô factô Captivitatis infortunium in Caput ſuum accerſiſſe, & proinde pretium liberationis non Imperio, ſed ſibi ipſi imputare debere videtur. Et quod gregarios milites, eorumque Præfectos attinet, ſine hæſitatione ita pronuntiant Burger *Centur. I. Obſ.* 34. Heig. *quæſt. illuſtr.* 32. *n.* 5. *ſeqq.* qui tamen inter militem lectum ſive evocatum & mercenarium diſtinguit. vid. D. Hert. *Diſſ. de Lytro. Sect. II. §.* 7. Cur enim, inquiunt, qui vitam pretio addicunt, captivitatis damna ſibi reſarciri poſtulant? ſive uti hanc rationem affert Feltmann *d. l. num.* 93. Weilen der Gefangene ſeine Haut dem Fürſten verkaufft / und alſo demſelben / was Er zu deren Löſung gibt / nicht anrechnen kan / zumahlen Er auch wiſſen möge / daß in ſolchem Waſſer man ſolche Fiſch fange ꝛc. Verùm æquitatem meritò & in hac parte ſtricto juri præferimus Feltmann. *d. l. n.* 41. Iſtam verò ſi ſectemur, exſolutio Lytri non ipſi Summo Militiæ Imperialis Præfecto, ſed Imperio incumbet. Licet enim damni hujus fatalis refuſionem non magis, quàm mandatario rigor *d. l.* 26. §. 6. *Mandat.* Eidem permittere velit, attamen de curialitate & conſuetudine urbanorum, ut cum Gloſſ. loquitur Accurſius, ſive ex æquitate, ut alii explicant, eundem non obſervari, ejusque diſpoſitionem à bono & honeſto mandatore negligi, paſſim DDres tradunt, vid. Mozz. *d. l. n.* 25. Gothofred. *ad d. l. 26. lit. D.* & ex variis benignioris juris regulis illum temperant, dum 1. ad res non neceſſarias. 2. Propter mandatum caſu alias obventurô. 3. Latente mandantem tempore mandati periculô amiſſas, aut 4. ad mandatum procuratum ſeu affectatum reſtringunt, uti videre eſt ap. religioſiſſimum Brunnem. *ad d. l. 26. n. 7. ſeqq.* Caſp. Klock. *Tom. IV. Conſ. 62. n.* 26. Richter *Tom. I. Part. II. Conſ.* 19. *per tot.* Dn. Stryk. *de Action. Forenſ. caut. inveſtigand. ſect. I. membr.* 6. *§.* 71. ubi in fin. illud JCti *in l.* 2. §. 5. *ff. de Aquâ & aqu. pluv. arcend. Hæc æquitas ſuggerit, etſi jure deficiamur,* huc trahit. conf. B. Lauterb. *in Colleg. Theorico-Pract. ad Tit. Mandat.* §. 36. Quæ omnia & Sum-

mo Belli Duci Noſtro patrocinantur; Quid enim in exſequendô munere ſuô periculo mortis aut captivitatis magis exponere neceſſum habuit, quàm perſonam ſuam, cujus libertatem Lytro ſibi reparari juſtiſſimè deſiderat? Sed & hujus jacturam nunquam feciſſet, niſi imperium militare geſſiſſet; Hoc enim licet ad ipſum captivitatis caſum non ſit ordinatum, pro occaſione ejus immediatâ tamen meritô haberi debet. Neque proprium factum bellicis caſibus ſeſe objicientis Eidem rectè obverti poterit, cùm potius Imperium tale munus, quod iſtius generis pericula comitantur, Summo Militiæ Imperialis Præfecto demandando ad Lytri exſolutionem ſe ſimul quoque obſtrinxiſſe præſumi debeat. Add. H. Felicius *de Societ. cap. 26. n. 7. & cap. 27. n. 13.* Quamvis ut ſpecialiter deſuper caveatur ab Imperio conſultius eſſe non negemus, prout à Leopoldo Wilhelmo, Marchione Badenſi, id factum apparet ex Londorp. *d. Contin. IX. lib. X. Num. XIV.* ubi Ipſe apud Comitia ita de hoc movit: Und weilen die Gefangenſchafft eines oder deß andern (ſcil. der Generalen) deſſelben familles ruiniren würde/ wann Ihnen die Rançon zu bezahlen obligen ſolte: So verhoffet man/ Verſicherung in der Capitulation zu erhalten/ daß ſelbige vom Reich gut gethan werden ſolte: Cujus petito Imperium quoque annuit apud Londorp. *d. l. Num. XVIII. in fin:* Solte auch etwan der Reichs-Feld-Marſchall/ (ſo doch Gott verhüten wolle/) gefangen werden/ ſo wird Ihme auch das Reich mit der Ranzion, als einem Feld-Marſchall/ zu hülff kommen ꝛc. idem & anterioribus quandoque temporibus feciſſe Imperium, ex R. A. zu Augſp. de A. 1500. tit. 69. diſcimus.

§. XVII.

Rectè Morvillerius ad Carolum IX. Galliarum Regem ap. Thuan. *Cont. Tom. II. lib. 59. p. m.* 85. diſſerit: *Raro*, inquiens, *quisquam tàm benè rationum ſuarum calculum init in bellô gerendô, quin ſumptus omnem prudentiam ac ſpem ſuperent; Bellum quippe inexhauſtus pecuniæ gurges eſt, cui explendo non aurei Perſarum montes, non Indiæ utræque ſufficiunt.* Add. Fauſt. ab Aſchaffenb. *d. tr. Claſſ. 20. Ord.* 1538. Wahrem. ab Ehrenberg. *Meditam. pro fœderib. cap. II. p.* 169. Atque uti bellum multô ſanguine, ita ex maximis indies creſcentibus conſtat expenſis. Struv. *de Ærar. Militar. part. I. ſect. I. §.* 5. neque minus aurô argentôque opus eſt, quàm ferrô, unde haud inſcitè pecuniam belli ventriculum nonnulli appellarunt; Ut enim ventriculus animalibus ſubminiſtrat alimenta, ſic pecunia exercitui. Hinc Philopomœnem, Achæorum

Ducem,

Ducem, peditatû equitatuque præclarè at nummis malè inſtructum T. Quinctus Flaminius: *Pulchras quidem manus ac pedes, at ventrem non habere*, dixit. Plutarch. *in Apophtegm.* Wahrem. ab Ehrenb. *d. l. n.* 57. Lipſ. *IV. Polit.* 9. & *lib. V. cap.* 6. Facius *Polit. Livian. part. I. art.* 40. Bocer *de Bello & Duell. lib. I. cap.* 13. *n.* 6. P. Gregor. *de Republ. XI.* 2. *n.* 1. Chokier *ad Onoſand. Strateg. cap.* 4. *n.* 4. *p.* 12. Reuſner *lib. I. Strateg. cap.* 20. & *Coron. Polit-Hiſtor. flor.* 9. *p.* 29. Atque hujus defectu Rem militarem Germanicam quoque laborare, nemo in hac Regione tàm hoſpes eſt, qui ignoret; Etſi enim vel maximè numeroſus ſub ſignis ſtet Exercitus, attamen præbitis malignè admodùm ſtipendiis eundem fatiſcere, deficientibusque cæteris belli inſtrumentis rerumque gerendarum nervô expeditiones languere neceſſe eſt. Equidem de Ærario Bellico (Operations-Caſſa) in Imperiô conſtituendo haud ita pridem in Comitiis agitatum fuiſſe, conſtat. Verùm illud hucusque nomine ditius, quàm opibus moroſitate & cunctatione conferentium fuiſſe, nemo non novit: Plurimos enim præſertim ditiores accuſationem de reſiduis vix ferentes, quin & nomini moroſorum iraſcentes, nullæ Leges ad officium præſtandum ſatis coërcere valuerunt. Quod ſi itaque Summus Militiæ Imperialis Præfectus amore ſalutis publicæ pecuniam prorogandô neceſſitati publicæ ſubvenerit, ejusdem à moroſis, quibus nimirum præſtatio iſtius incumbebat, repetitionem ipſa rei æquit s horumque ſumptuum favor promittit. Nec enim illæ æquitatis rationes, de quibus latè Mevius *Conſ. IX. n.* 35. Kirchov. *Vol. V. Conſ.* 7. *n.* 4. quæ in quovis negotiorum abſentis aut præſentis & ignorantis geſtore militant, hic deficiunt. vid. Grot. *d. tr. lib. II. cap.* 14. §. 12. ubi & in Reipubl. adminiſtratoribus illas admittit. Sed & Imperium de reſarciendis in ejus utilitatem erogatis ſumptibus in anteceſſum cavit. R. A. de A. 1500. tit. 76. Ob auch Hertzog Albrecht in ſolchem ichts darleihen wird / das ſoll Ihm von deß Reichs Geldt unverzüglich gegeben und bezahlt werden ꝛc. Et in expeditione Gothanâ, quam adverſus Grumbachium ejusque Receptatores Auguſtus, Elector Saxoniæ, ex Decretô Imperii publicô ſuſcepit, bonam fidem agnovit; iſtiusque belli impenſas, à Saxone prorogatas refundere plus unâ vice promiſit Imperium. R. A. zu Regenſp. de A. 1567. §. 48. Und demnach der Chur-Fürſten Räthe/ anweſende Fürſten/ Stände und der abweſenden Geſandte und Bottſchafften gantz gnädig und hochfleiſſig vermahnet/ und an Sie geſinnen laſſen/ daß Sie nicht weniger auch mit allem getreuen Fleiß bey Sich ꝛc. der Sachen Gele-

 genheit

genheit und gute Verrichtung/ erwägen/ und im Nahmen und an ſtatt Chur-Fürſten/ Fürſten und Stände zu angeregter Widererſtattung ehebeſtimmts Unſers Oheimen/ deß Chur-Fürſten von Sachſen treuhertzig/ gutwillig fürgeſtreckten und dargereichten Außlagen und Kriegs-Koſtens ein nahmhaffte Geldt-Hülff auff deß H. Reichs Anſchlag gleichmäſſig außzutheilen/ und unſäumlichen zu bezahlen/ willigen wolten: Et §. 51. Darüber wir uns mit ihnen und Sie ſich hinwider mit uns verglichen und für billich geachtet/ daß unſerm Oheimbden und Chur-Fürſten zu Sachſen ꝛc. ſo viel und was Er über Gebühr und Krayß-Hülff an Kriegs-Koſten auffgewandt ꝛc. auff gebührliche Abrechnung mit Danckbarkeit vollſtändige Erſtattung beſchehe ꝛc. Concordat R. A. zu Erffurth de A. 1567. in pr. & §. 14. Add. R. A. de A. 1541. §. 54. Sed quia omnis alienæ rei adminiſtrator ſive neceſſarius, ſive voluntarius, ſive ab homine conſtitutus, ſive à Lege, publicus ſive privatus. Heig. *I. quæſt. Illuſtr.* 20. *n.* 1. etiamſi ſit Summus Pontifex. *cap. Si Papa. Diſt.* 40. Berous *quæſt. famil.* 15. Ludovic. Roman. *Dec.* 4. *num.* 4. ad rationum reddıtionem tenetur, (computatis enim rationibus accepti & expenſi demum conſtat, quantum prorogatum. *Nov.* 123. *cap.* 23. Gravett. *Conſ.* 218. *n.* 1. Weſembec. *Conſ* 47. *n.* 7. pluresque apud Munz de Eſcobar. *de Ratiocin. cap.* 3. *per tot.*) & Summus Militiæ Imperialis Præfectus antè omnia pecuniæ, quam repetit, Summam erogaſſe liquidò probare debet. R. A. zu Erffurth de A. 1567. §. 3. ibi: gedachtem Unſerm Oheimb/ dem Chur-Fürſten zu Sachſen ꝛc. nach Außweiſung deren gebührenden ordentlichen Rechnungen ꝛc. zu gemeldten Kriegs-Koſten auffgewendt ꝛc. & §. 5. Als ſich befunden/ daß in obberührter von wegen deß Chur-Fürſten zu Sachſen durch Seiner Lbden Räthe dem hierzu verordneten Pfenning-Meiſtern ꝛc. fürgelegter und liquidirter Rechnung ꝛc. als für Außgaben verrechnet. Add. Stryk. *de Milit. Imperiali cap. IV.* §. 11. Et *de Milit. Circulari cap. III.* §. 12. Londorp. *Cont. IX. Lib. X. Num. LVI.*

## CAPUT QUARTUM.

### *Modos, quibus Officium Summi Militiæ Imperialis Præfecti finitur, proponens.*

Sum-

Summaria.

§. 1. *Officium Summi Militiæ Imperialis Præfecti finitur morte.*

§. 2. *Renunciatione tùm Imperii, tùm ipſius Summi Militiæ Imperialis Præfecti.*

§. 3. *Idque utplurimùm finitô bellô, tùmque Eidem ab Imperio grates aguntur.*

§. 4. *Epilogus cum votô.*

§. I.

QUamquam in Superioribus omnia, quæ ad præſentem tractationem ſpectant, nos excuſſiſſe aſſerere non audeamus, verùm alienæ diligentiæ largam adhuc ſegetem reliquiſſe haud ignoremus; Attamen illorum, quæ delibavimus, meditatio ultra propoſiti metam nos provexit, & ferè ſub manibus, quam Exercitio Academico deſtinavimus, opera crevit, quare jam vela Diſſertationis noſtræ contraheremus, niſi etiam Modos, quibus Imperiũ hoc Militare finitur, ediſſerendos duxiſſemus; in quibus proinde ad finem properantibus brevioribus eſſe licebit: Et 1. illud in apricô poſitum eſt, non certæ cuidam familiæ hoc Summi Militiæ Imperialis Præfecti munus annexum, & inſtar Summorum Munerum Imperialium & Sub-Officiorum der Ertz-und Erb-Aempter. vid. Beſold. *Conſil.* 258. Speidel. *voce* Erb-Aempter. Wagenſeil. *Diſſ. de S. R. I. Summis Officialib. & eorund. Subofficial. cap.* 19. §. 4. *& paſſim.* in omne durabile ævum ad poſteros propagari: Sed graviſſimas rationes, quibus è re Imperii id minimè eſſe evincitur, ſuppetere. Nam licet in Archi-Officiis, & Sub-Officiis Imperii hæredes, qui à primo acquirente ſanguinem legitimè trahunt, non excludantur, & in iſtis primogeniti ex diſpoſitione *A. B. cap. VII.* §. 2. in his verò Seniores Familiæ ſuccedant. Wagenſeil *d. l.* non tamen Muneris Militaris Summi & Illorum eadem eſt ratio. Illa enim Civilia munera ad pompam & ſplendorem Coronationis Imperatoris aut Regis Roman. & ea, quæ rerum gerendarum notitiam, artis bellicæ ſcientiam, atque experientiam non requirunt, pertinent; At Militiæ Imperialis Ducatus non ad meram ſolennitatem obeundam committitur, ſed totius Exercitûs Imperialis regimen functionesque bellicas confert; in quibus fides induſtria, experientia militaris cæteraque, quæ longô demum uſu acquiruntur, potiſſimum ſpectari, & perſonæ ſpecialiter ad illud deligi ſolent; Qualitates autem iſtæ non ſunt in hæredes tranſitoriæ, & facilè aliàs contingere poſſet, ut ſucceſſionis ordo immaturum ætate tantæque moli imparem ad munus hoc graviſſi-

mum

mum cum præſentaneô Reipublicæ periculo vocaret: Quamobrem mortis imperium, cui omnia officia regulariter ſubjacent. P. Greg. Tholoſan. *de Republ. lib. XIX. cap. 4. n. 3.* & Summum Belli Ducem agnoſcere, eâque hanc Spartam extingui. Add. Myler. *Hyparcholog. cap. XXI. §. 2.* atque quamprimum iſte in rebus humanis eſſe deſiit, ad electionem Succeſſoris ab Imperiô procedi, extra controverſiam poſitum eſt. vid. Fabri Europæiſch. Staats-Cantzley. *Part. XI. cap. X.* Beylag *Num. XVI.*

§. II.

Sed & aliquando Summus Belli Dux poſt exantlatos labores, vitam procul ab armorum ſtrepitu tranquillam acturus *l. 27. ibi: poſt longi temporis laſſitudinem ob reliquæ vitæ requiem conſilio meliore protractus. C. de Epiſcop. & Cler.* ibique Mornac. Imperio officium renunciat. Quò minus autem Iſtius ingratiis hoc fieri poſſit, fides promiſſionis, quam de adminiſtrandô hoc munere dedit, quamque valedicendo violare nequit, impedire videtur, cùm & munia imperandi non in ipſius poteſtate ſimpliciter ſita ſint, ſed ex mutuâ conventione inter ipſum & Imperium pendeant, & proinde à ſe abdicare Eidem permiſſum non ſit, ob hanc enim rationem Conring. *ad Lampad. part. III. cap. 2. §. 7.* Obrecht *Diſſ. de Abdicat. Caroli V. Imperat. pag. 7.* add. Fritſch. *de Reſign. Impp. Regg. &c. cap. II. n. 25. ſeqq.* ne quidem Imperatori invitô Imperiô Sceptrum deponere concedunt. Et ſanè ſi Archiſtrategus Imperii periculoſis præſertim temporibus, aut quia de ſummâ rerum deſperat, vel aliâ quavis de cauſsâ privatorum commodorum reſpectû diſcedere ab exercitû velit, non ſolùm commiſſum ſuæ vigilantiæ Imperium non eâ, quâ decet fide defenderet, ſed & omnium Statuum vitam & fortunas hoſtium libidini exponeret, & adeò menſuram muneris ſui, quod in defenſione & propugnatione Imperii conſiſtit, minimè impleret. Verùm hæc omnia abiturientem ſuô officiô Summum Belli Ducem invitum detinere nequeunt; Uti enim munus hoc liberè ſuſcipit, ita ſemel ſuſceptum eadem libertate recuſare poteſt; arg. *l. 35. de R. J.* neque quidquam Conventione inter Ipſum & Imperium in ejusdem ſuſceptione interpoſitâ impeditur; quandoquidem Officia per modum alicujus mandati deferri DDrum ſuffragiis paſſim comprobatum, in quo negotiô mandatarius non præciſè ad perſeverantiam, ſed ad tempeſtivam renunciationem, adſtringitur. *§. 11. J. Mandat.* Joh. Chriſtoph. Donauer *Diſſ. Altorfi habitâ de Literis dimiſſor. cap. III. §. 4.* Quamobrem conſtitutô extra terminos caſus modo figurati Imperiô, faſces Imperii ſui deponere omninò poterit Summus Belli Dux. Ne verò Exercitus

Im-

Imperialis ſubitò deſtituatur Rectore ſuô, & capite orbatum caſibus objiciatur, Imperium à Summo Militiæ Præfectô tribus ante ejus diſceſſum menſibus, ſi intra fines Germaniæ, ſex verò, ſi extra ejuſdem limites agat, certiorari voluit, eo fine, ut intra iſtud temporis ſpatium de idoneo ſucceſſore providere eidem integrum ſit: R. A. de A. 1500. tit. 75. Wie der Hauptmann Urlaub nehmen ſoll ꝛc. Ob ſichs auch begebe/ daß Hertzog Albrecht aus mercklichen Urſachen/ die Er nicht meiden oder umbgehen könnte/ ſolcher Hauptmannſchafft nicht mehr obligen und vor ſeyn wolt oder möcht: Soll Er alsdann Macht haben/ der Hauptmannſchafft ſich zu entladen/ doch alſo/ daß Er ſolches/ wo Er innerhalb deß Reichs Teutſcher Nation wäre/ Uns/ darzu den Chur-Fürſten/ Fürſten deß Reichs ꝛc. **Drey Monath** zuvor/ wäre Er aber auſſerhalb deß Reichs Teutſcher Nation, daß Er Uns und Jhnen obgemeldt ſolches **Sechs Monath** zuvor auffſchreiben/ und ſolches ſein Abſtehen von der Hauptmannſchafft verkünden ſoll. Damit wir und das gemeldt Regiment das Reich darzwiſchen mit einem andern Obriſt-Hauptmann weiter verſehen mögen; Parili modo, ſi ſalus Reipubl. perſonam Summi Ducis mutari, & Imperium militare alii deferri expoſcat, Imperium officium hoc renunciare non prohibetur. d. R. A. de A. 1500. tit. 75. Deßgleichen ſoll auch Uns und deß Reichs Regiment vorbehalten ſeyn/ wann wir und die Regenten Jhn (den Hauptmann) aus redlichen bewegenden Urſachen nicht mehr zum Hauptmann haben wollen/ Jhn dero zu urlauben ꝛc. vid. Burger *Cent. IV. Obſ. 53.*

§. III.

Sicut autem in omnibus Conſiliis publicis non tantùm inquirendum, quid jure liceat? ſed & quid expediat? Ita & hic ſalus publica potius, quàm Sanctio LLum Conſiliorum norma eſſe debet; Et quoniam tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipſa efficaciſſima eſt, interrumpere haud conſultum, flagrante adhucdum bellô, Succeſſorem Summo Duci ſurrogari non ſemper è re militari erit; Nam inter novitatem Succeſſoris, qui noſcendis prius, quàm agendis rebus imbuendus eſt, rei benè gerendæ occaſiones ſæpè intercidunt. Ayala *de Jur. & Offic. Belli lib. II. cap. 3. n. 4.* Burger *Cent. II. Obſ. 7.* Dn. Stryk. *Diſſ. de Milit. Circulari cap. III.* §. 9. Cæterùm Pace aut Armiſtitio longiori cum hoſtibus concluſô, ad minuendas ſtipendiorum erogationes, Militiæ Imperialis Duces, qui non à ſingulis Statibus, ſed communibus Ordinum ſuffragiis conſtituuntur, & inter hos quoque Summus Belli Dux, commiſſô munere & præſtitô hoc

intuitû juramentô, exſolvantur; Atque tùm ſingulis hoc Imperii Decretum comibus literis nunciatur, & insimul quoque pro egregiè navatâ ab ipſis Reipubl. operâ, rebusque pro ejus incolumitate geſtis grates ab Imperiô aguntur: uti patet ex Concluſô Imperii poſt vicennale cum Turcâ armiſtitium Anno ſuperioris Seculi LXIV. quod exhibet Londorp. *d. Contin IX. lib. X. Num. LVIII.* Vors 4.te haben alle 3. Reichs-Collegia vor eine unumbgängliche Nothdurfft gehalten/ daß nach nunmehro Gott Lob erhaltenem Anſtand der Waffen ſowohl die Hnn. Reichs-Kriegs-Directores, als auch die Hohe Generalität / und zwar ein jeder abſonderlich durch höfliche Aufkündigungs-Schreiben/ welche ebenmäſſig das Chur-Maynßiſche Reichs-Directorium zu begreiffen hat/ nebens gebührender Danckſagung ihrer bißher getragenen Charges und Pflichten/ zumahlen Ihro Kayſerl. Majeſtät allbereit darein gewilliget/ auch von Reichs wegen zu erlaſſen. Jung. Donauer *d. Diſſ. cap. IV. num. 1. ſeq.*

§. IV.

Ex his itaque, quæ hactenus diſſeruimus, illud oppidò diſpaleſcit, Germaniam ſuperioribus temporibus de proferendis ferrô finibus non tantùm bene ſperare auſam fuiſſe, ſed & de victoriâ atque hoc in caſu de præmiis Summi Militiæ Imperialis Præfecti ſtatuiſſe, idq; haud irritô eventû, quandoquidem bellum ſummâ alacritate ab ipſa geſtum, Annales iſtorũ temporum confirmant, quò magis mirari licet Eandem hodienum inter ſe quidem plenam armorum recentioribus bellis adverſus hoſtes ſalutis publicæ tantum non inermem, nudam, & indefenſam adeoque hoſtium libidini obnoxiam plerumq; ſtetiſſe, atque proximè elapſi Seculi bellis inſecutisq; Pacificationibus tantum terrarum amiſiſſe, quantum antea nunquam: ut exindè haud immeritò Legatus Magdeburgicus in Comitiis Ratisponenſib. ap. Pufend. Rer. Brandenb. *Lib. 18. §. 53.* inter alia diſſeruerit: *Germanicam Rempubl. paci quam bello aptiorem, quæ ultra hominum memoriam ne vicum quidem acquiſiverit, ſed integras Provincias & inſignes Urbes, amiſerit:* Id quod fatalibus animorum diſſenſionibus ſegnique armorum publicorum curæ maximam partem accepto ferendum omninò negari nequit, quibus ſæpiusculè effectum eſt, ut ſingulis ferè commune periculum ut alienum aſpicientibus, toties imparatum in ultimô rerum articulô hoſtes deprehenderint Imperium: quare egregiam ſine dubio operam hoc deploratô rerum ſtatû Eidem navaverit Summus Militiæ Imperialis Præfectus, ſi Ipſius ductû Jovialis illa Imperii ales, quæ ruptis vulſisque pinnis implumior ſemper hactenus è bello rediit, Und dahero billich ꝛc. uti in hanc rem loquitur

Auth: der Grundveſt: In der Vorbereitung *p.* 2. dieſes Welterhöhten Adlers berupffte Blöſſe zu beklagen/ ſaltem ultimas ſenectæ vires atque reliquias adverſus infidum infenſumque hoſtem non planè amittat, ſi vel maximè priſtinũ juventæ florem recipere non poſſit: C. Scipio Africanus cum Cenſor eſſet, noluit in ſolenni carmine ſicut erat moris, precari: *Dii augete Rempublicam!* ſed illud emendans ſubſtituit: *Dii conſervate Rempublicam! Satis, inquiens, habemus auctam, ſi modo conſervetur:* Add. Joh. Boter. *d. Illuſtr. Stat. & Polit. lib.* I. c. 5. & omninò Pufend. *d.l.* quin & inſuper major indies ſpes affulget, vicinam illam, libertati Europæ, & imprimis Germaniæ, hucusque gravem Potentiam Gallicam, Divinâ providentiâ ita diſponente, Fœderatorum armis intra veteres redactum iri limites; Quâ occaſione ad procurandam ſtabilem & ſecuram Pacem Cœleſtem Irenarcham pro reſtaurandâ Germaniæ, ſi quam pati poterit, tranquillitate reſtituendoque adverſus Turbones iſtos interſepimentô & antemurali, ardentiſſimis imploramus ſuſpiriis!

CUI SIT LAUS, HONOR ET GLORIA IN ÆTERNUM!

---

I.

P*Ræclarum* Specimen tractas, Doctiſſime HELFRICH,
Auguror, hinc ſurget laus quoque *clara* Tibi.

Nobili ac Clariſſimo Domino Reſpondenti
fauſtæ gratulationis loco hæc appoſuit
Gabriel Schweder, D.

---

II.

BEllica Jura *juvat* Martis tetigiſſe ſagacem,
Judicium prudens ſtrenua jura volunt.
Hinc TE Juſtitiæ doctum fore credo peritum,
Quam ſpem non vanam *ſemina ſparſa* docent.

*appoſ.*
PRÆSES.

---

III.

DUm *Campum* Magnosque Duces exponere geſtis,
Amplum etiam *Campum* ſors Tibi blanda dedit,
Hic tuus eſt *Campus*, quo tandem excurrere virtus
Effervensque poteſt impetus ingenii.
Hic Tuus ille animi *Curſus* cognoſcitur ingens,
Et ſudor docto pulvere miſtus adeſt.
Nil locus anguſtus, nil TE ſpatiumque moratur,
Quin aciem virtus explicet illa ſuam.

Sic igitur doctæ formoſus pulvere pugnæ
Stabis, & ex acie victor abibis ovans.
Sors equidem *Campi* domina eſt: Sed TE Tua virtus
Eximet è vulgo, *Sorte* favente Tibi.

*Sic Nobiliſſimo Domino Reſpondenti*
*gratulabundi applaudunt*
COMMENSALES.

IV.

Egregios monſtras fructus, HELFRICE, laborum
*Imperii* doctè jura docendo *Ducis*.
Mox alios etiam fructus monſtrabis, Amice,
Quando Tuis Studiis præmia digna feres.

*Hæc paucula gratulabundus*
*adjicere voluit*
P. G. Spener, Hanov.

V.

ACcipe quæ verâ dico præſagia mente,
Nec credas verbis omen abeſſe meis:
Jam DUCIS IMPERII defendens munera SUMMI,
Sub Latiâ Themidis Victor es ipſe togâ,
Quod belli genus in multos ſi protrahis annos
Magnum etiam ſcandes non ſine laude Gradum.

Vovet eos in togatâ militiâ ſucceſſus & de præſenti Specimine gratulatur Nobiliſſimo Dn. Reſpondenti, Commenſali & Amico æſtumatiſſimo
J. C. Schmidt, Hanov.

Sphalmata Typographica.

*Pag.* 11. *lin.* 30 *pro* Præfecti *lege* Præfecto, *pag.* 17. *lin.* 26. *pro* §:16 *lege* 17. *pag.* 23. *lin.* 35. *pro* & *lege* aut. *pag.* 28. *lin.* 16. *lege* Henricus III. *pag.* 29. *lin.* 34. *lege* Beſtellung. *pag.* 34. *lin.* 5. *pro* Parte II. *lege* Part. I. *pag.* 38. *lin. penult. del.* d, *pag.* 38. *lin. ult. pro* 15. *leg.* 47. *pag.* 38. *lin. ult. pro* Ferdinandeæ *leg.* Ferdin. IV. *pag.* 39. *lin.* 5. *pro* 15. *leg.* 47. *pag.* 39. *lin.* 14. *lege* Imperialis. *pag.* 45. *lin.* 14. *pro II. lege XII.* *pag.* 49. *lin.* 21. *del.* &. *pag.* 57. *lin.* 20. *leg.* lituus. *pag.* 59. *lin.* 13. *pro* Schönborn *lege* Schönberg. *pag.* 59. *lin.* 19. *leg.* der. *pag.* 59. *lin.* 24. *pro IV. leg. V.* *pag.* 59. *lin.* 26. *poſt Diana: add. Reſolut.* Practic. *pag.* 60. *lin.* 22. *pro* tamen *leg.* enim. *pag.* 62. *lin.* 6. *del.* d. *pag.* 70. *lin.* 17. *leg. querelæ.* *pag.* 70. *lin.* 18: *leg. quas.* *pag.* 92. *lin.* 12. *del.* à. *pag.* 93. *lin.* 33. *del. Imperium.*

Tübingen, Diss., 1706-09
X 241 8747

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-231602-p0103-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-231602-p0104-0

DISSERTATIO JURIS PUBLICI

DE

# SUMMO MILITIÆ IMPERIALIS PRÆFECTO,

von

deß H. Röm. Reichs Feld-Herrn /

quam

DEO DUCE

PRÆSIDE

JACOBO DAVIDE MOEGLINGIO,

U. J. D. & PROFESSORE EXTRAORD.

*ad diem      Aprilis MDCCIX.*

Horis Locoq; conſuetis

Exercitii gratiâ publicè defendet

JOH. JACOBUS HELFFRICH, Göppingenſis.

---

*TUBINGÆ,*

Literis JOHANN-CUNRADI REISI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-231602-p0105-5